COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.



VOLVMINIS XXXIII. PARS I.

LIPSIAE, MDCCXCI.

APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.

Venduntur etiam

Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.



I.

Commentationes societatis regiae scientiarum Gottingensis per annum CIƆIƆCCLXXXI. Volumen IV. per annum LXXXII. vol. V. per annum LXXXIII. et LXXXIV. vol. VI. Gottingae CIƆIƆCCLXXXII. et III. et V. 4. cum tab. aen.

E dissertationibus egregiis, quae a membris eruditissimis huius regiae societatis elaboratae IV. volumine orbi literario offeruntur, pro instituti nostri ratione eas tantum excerpsimus, quae ad scientiam medicam et naturalem pertinent, reliquis non nisi breuiter laudatis.

Ad *classem physicam* igitur pertinent I. IO. FR. GMELINI *experimenta nonnulla cum mumiis instituta*, recitata a. d. 19 Maii 1791. Particulas e cauitatibus mumiae cuiusdam, quam ipsam pluribus descripsit, repetitas Auct. Ill. eum in finem subiecit examini, earumque naturam destillatione, menstruis, reagentibus eruere conatus est, vt modum corpora humana condiendi, a veteribus adhibitum, hoc exemplo illustraret. Intellexit vero per tentamina sua, ad illam mumiam nec asphaltum, nec resinam quandam vegetabilem, nec vtrumque corpus inter se mixtum, impensum fuisse. Destillatione enim nec acidum, nec oleum, quale e resinis et bitumine extricamus, excepit, neque in reliquis tentaminibus quaedam cum resina et bitumine intercessit similitudo. Nulla porro natri vestigia sese prodiderunt, aquae ope nunquam sal lixiuiosum extraxit, e cineribus vero vegetabile potius, quam minerale alcali elixiuauit. Destillatum maiorem cum illis habuit similitudinem, quae a vegetabilibus putredine in humum resolutis destillatione T. IIII. p. 3.

 expel-

expelluntur, cum oleo empyreumatico et ſale lixiuioſo volatili. Accedit, quod aquae in maſſam noſtram longe maior vis fuerit menſtrua, quam vini et olei terebinthinae; ſolutio enim aquoſa decoctum plantae amarae ſaturatiſſimum retulit. Humum vero praeſertim corporum vegetabilium et animalium maxima ex parte aqua excipi, notiſſimum eſt. Confirmat idem tum fumus, quem carbo de materia illa reſiduus emiſit, tum cinis, qui poſt carbonis combuſtionem reſtitit. Cinis quidem, cum ad inſtar cinerum plantarum, aquam affuſam ſale lixiuioſo fixo imbueret, particulasque tum terrae calcareae, tum ferri offerret, et ortum ſuum vegetabilem, et vegetabile primae ſuae mixtionis minus, quam reſina, tenax,
p. 18. luculenter monſtrauit. Modum iam, quo in condiendo hocce corpore fuerint verſati, vberius expoſuit. Ex ipſius ſententia illud non balſamicis perfuderunt reſinis, ſed protractis inteſtinis, partem excauatam vino palmeo, vel alio liquore antiputredinoſo madefecerunt, internos eiuſdem parietes puluere herbarum, fructuum, corticum, florum amarorum, adſtringentium, aromaticorum impleuerunt. Qui pulueres diutius quidem tum ſuae ipſorum decompoſitioni, tum mollium funeris partium putredini reſiſtentes, progreſſu tamen temporis particulis volatilibus iisdemque potioribus diſſipatis, in puluerem humo ſimilem, cui fixiores adhuc inhaeſerunt partes, abierunt. Aegyptios in aliis funeribus condiendis alia verſatos fuiſſe ratione, teſtimonia auctorum et ſua ipſius experimenta, cum alius mumiae particulis inſtituta probant; rarius tamen ſimplicem aut reſinam aut bitumen, frequentius vtrumque corpus inter ſe mixtum adhibuerunt. Aſphaltum quidem odore maxime foetido, quo mari mortuo ſupernatans, praecipue infectum eſt, per artem orbaſſe veriſimile videtur; quin exſtat quoque aſphaltum odoris minus ingrati.

grati. Inquiſiuit denique in pigmentum, quo faſciae corpori funeris iſtius circumligatae obductae fuerant, quodque quadruplicis fuit generis, atro-caeruleum, fuſco-rubrum, luteum et pallide flauum. Quae quidem quamuis linteaminibus abraſis, vt et glutine eſſent inquinata, per examina tamen aquae, acidorum mineralium, calcinationis ope inſtituta ipſorum eruit naturam. p. 20.

II. IO. ANDR. MVRRAY *de plantis aliquot cognitis* p. 26.
Hort. reg. bot. prouentus anni 1780. — *Saxifraga ligulata Murr.* ſ. *ſtolonifera* THVNB. eſt *S. ſarmentoſa* LINN. *Ligulata* vero Noſtro appellatur, propter petala 2 deorſum verſa longa ligularumque ad inſtar propendentia. Planta iaponica, caeterum perennis, caeſpitoſa, ſarmentoſa. — *Scrophularia altaica.* Ha- p. 35.
bitus totius plantae, in Sibiria circa fortalitium Tigerekanum creſcentis, incanus ex pilis tenellis abunde tranſpirantibus. *Scroph. Scorodoniae* maxime adfinis eſt; ſed ab noſtra diſtinguitur: colore profundius viridi, pilis ſubfuſcis, non albis; foliis anguſtioribus, regulariter magis ſerratis; racemo foliis interſtincto, non aphyllo. — *Plantago ſquarroſa.* Nomen *ſquar-* p. 38.
roſae huic tribuitur propterea, quod bracteae capitulorum floralium inter ſe notabiliter diſtant eaeque ſunt inſignes. Planta annua differt a Pl. *indica* caulibus procumbentibus (nec erectis), vndique in caeſpitem diametri bipedalis adeo diffuſis; capitulis cylindraceis (nec ouatis); bracteis vbiuis ternis, linearibus et longe vltra flores prominentibus, ſquarroſis; contra in illa infimae ſunt quaternae, non valde protenſae, reliquae intra flores reconditae. In Aegypto haec planta ſalſa combuſta ad vitra, ſaponem aliaque conficienda adhibetur. — *Croton argenteum* LINN. p. 41.
Char. eius genericus eſt ſic emendatus: *Floris Maſc. Cal.* Laciniae tres extimae anguſtiores, carnoſae; duae interiores latiores, hyalinae. *Cor.* petala linearia,

hyalina calyci inserta, passimque longiora. *Stam.* calyce duplo longiora, distantia. *Flor. Fem. Cal.* Laciniae duae liberae, latiores; reliquae tres coalitae cum totidem bracteis lanceolatis, serratis, oblongis, villosis. *Caps.* 3 - cocca, epidermide primum villosa, dein mar-
p. 44. cescente in 6 lacinias dehiscente, 6 - valuis, elastice desiliens. — *Hyacinthus viridis* LINN. apicibus corollae longe subulatis et corolla 1 - petala omnino viridi a reliquis speciebus distinguitur. In Capite bonae spei habitat.

p. 46. III. IOHANNIS BECKMANNI comment. *de spuma maris, e qua capitula ad fistulas nicotianas finguntur*, praelecta a. d. 17. Nouembr. 1781. — Massam hanc, quae propter varias virtutes, leuitatem, tenacitatem, quod difficilius incalescat, et oleum nicotianae adinstar terrae bibulae insugat, optima ad capitula pro fistulis nicotianis formanda adhibetur, tum ipse Auct. Ill. tum MOENCHIVS, Prof. Cassellensis, huius precibus adductus, variis, quo melius eiusdem naturam penitius indagarent, subiecerunt tentaminibus. His igitur ipsis innisus vtramque de natura huius materiae sententiam, tum BRÜCKMANNI, qui e subtilissimo ossium sepiarum puluere, tum quorundam peregrinatorum, qui e Syria et Natolia reduces e pumice haec capitula fingi contenderunt, repudiat, erroremque exinde, quod vtrumque corpus nomine spumae marinae interdum insigniatur, deducit. Similiter LINNAEI, aliorumque opinionem, qui ad argillam lithomargam referunt, improbat. In illam potius terrarum classem, quam GERHARDVS petras pingues, terram muriaticam continentes appellauit, referendam esse censet. Spuma enim marina basin habet salis amari, et quadam cum steatitis et tripelis coniuncta tenetur affinitate. Eidem quoque classi terram miraculosam Saxoniae subiicit, quam GERHARDVS ex ipsius mente non satis apte terris, quae aluminis materiam fouent, annumerauit. In primis huic

B. de

R. de ſpumae marinae natura aſſerto multum GEORGII teſtimonio accedit, qui in itinere per Ruſſiam ſuſcepto, ſe tripelam colore albo, cinereo et rubeſcente, quae ſteatitis non abſimilis fuit, inueniſſe, e qua capitula ad fiſtulas nicotianas formentur, diſertis verbis ſcripſit. Locum vero, vnde gentes orientis ſpumam maris repetunt, omnium diligentiſſime SPONIVS et WHELERVS in itinerario ſuo aſſignarunt. Effoditur in colle quodam haud procul Thebis prope viam, quae verſus Negropontum ducit, (forte Iſmenio veterum, vt WHELERVS ſuſpicatur). Terra vix effoſſa caſei recentis vel cerae ſpeciem habet, formatur ope cultri in capitula, quae ſine vllo ignis adminiculo ita indurant, vt lapidea videantur. Eadem quoque TOVRNEFORTIVS narrat. Propter inſignem vero capitulorum, quae quotannis diuenduntur, multitudinem vix vna foſſa tantam terrae ſuppeditare poterit copiam, vt illis quoque, qui aliis in locis eandem obviam eſſe contenderunt, fides habenda ſit. Auct. Cl. ab amico Cronſtadienſi in Hungaria terram noſtram ad oram propontidis ſeu maris, hodie *Marmora* appellati, effodi; ab alio vero e Natolia ipſam repeti accepit. Neque vero in ſolo Oriente, ſed in America quoque ſeptentrionali, maxime circa vrbem *Quebec* e fodinis eruitur, vbi ſub ſtratis calcareis ſtratum terrae cuiusdam mollis, particulis minimis, quas oculi vix diſtinguere poſſunt, effoditur, effoſſa ope cultri in capitula formatur, quae aëre vel igne leni ſiccata indureſcunt, et album colorem in cinereum mutant. Capitula fiſtularum, quibus Americani ad fumum nicotianae hauriendum vtuntur, quas *calumets* vocant, ex ipſa hac maſſa formari, Auct. ſuſpicatur. Terra igitur nullo igne, vel ſaltem leniori eiusdem gradu torretur, vel vritur, cum mollities et raritas ipſorum ea ſit, vt aciculis configantur, et olea, vt oleum lini, quo ſanguis draconis ſolutus fuit, inſugant, coloremque

que iſtum conſuetum illi, qui a magna olei empyreumatici nicotianae copia reſorpta oritur, ſimilem ſibi concilient. Neque ex maſſa hac in argillae morem ſubacta, haec formantur capitula, ſed ſcalpendo, vt e lapide exſculpuntur ſigna, conficiuntur. B. tamen ſe accepiſſe aſſerit, terram recens effoſſam aqua affuſa lauari, e ponderoſiore capitula in Europaeorum, e leviori in Turcarum vſum parari. Pleraque capitula rudia vtrinque modo perforata, ex Oriente apportantur; Europaeorum vero ſtudio abraduntur, effinguntur, poliuntur, oleo et cera, quo magis ſplendeant, firmioraque euadant, coquuntur. Inprimis vero ad elegantiam capitulorum materia homogenea, ſolida, ſine rimis atque fiſſuris, iuſta inter collum et furnum proportio, colli orificium in imo furni fundo apertum, plurimum facit. Adeoque ex magna illorum copia plurima vt minus idonea, minusque elegantia reiiciuntur, pretiumque elegantiorum ideo inſigniter augetur. Artem hanc capitula noſtra emendandi effingendique praeter alios Norimbergenſes, Lemgovienſes et Rulenſes colunt. Incolae praecipue pagi Rula dicti, qui partim ad principatum Eiſenacenſem, partim Gothanum pertinent, arti ſtudent e ſcobibus, fruſtulis, ramentis, teſtis fractis per iuſtam tractationem noua capitula, veris admodum ſimilia, formandi. Quam ipſam agendi rationem, a nullo huc vſque deſcriptam, Auct. cum ab amico, qui Rulae commoratus fuit, ipſi fuerit tradita, pluribus enarrauit. Modus denique horum capitulorum bonitatem num vera ſint, an adulterina examinandi ad finem ſubiungitur.

IV. HENR. AVG. WRISBERGII *Exper. et obſeru. anat. de vtero grauido, tubis, ouariis et corpore luteo quorundam animalium cum iiſdem partibus in homine collatis.* Sect. I. Obſeruationes Cel. Auct. tum ex varii generis animalibus, tum praeprimis e ſuibus repetitae, primum organa generationis allata illa in *foetubus,*

bus, deinde in *animalibus ad concipiendum maturis*, denique in animalibus *grauidis*, tandemque in *effoetis* illuſtrant. Sunt autem haec omnia vti diſſertore ſolertiſſimo quam maxime digna, ita talia, quae non ſatis commode in compendium redacta lectoribus poſſint proponi. — Ex altera autem huius commentationis ſectione, in qua praeter alia de vteri tunicis multa diligenter annotata reperimus, liceat tranſcribere, quae Auctor de ſtructura vteri muſculari ratum habet atque experientia confirmatum. Plane, inquit, cum p. 92. WALTERO perſuaſus ſum, magna et inſtar vteri brutorum cohaerentia ſtrata muſcularium fibrarum nec in interiore, nec in exteriore vteri ſuperficie inueniri: infinita autem copia breuium et longorum faſciculorum muſcularium vterum in omni regione omnique parte perreptant et percurrunt, nec fruſtraneum laborem ſuſcipimus, ſi nonnullos faſciculos ſub tunica extima remota, alios in media parte, alios denique in interiore ſuperficie cernere volumus. Stat igitur Cel. WRISBERGIVS ab eorum partibus, qui vterum ad ſe contrahendum carneae ſtructurae auxilio carere non poſſe ſtatuant, cuius praeterea neceſſitatem analogiae luce multum illuſtrauit.

Ad *claſſem mathematicam* referendae ſunt diſſerta- p. 3. tiones I. ABR. GOTTH. KAESTNERI *de rotarum dentibus.* II. M. ALB. LVD. FRID. MEISTERI *de aratio-* p. 26. *num compendiis ab ordine ſulcorum petitis.*

Ad *claſſem hiſtoricam et philologicam* ſpectant hae commentationes I. Viri Summi CHR. G. HEYNII, *mumiae, quae e regis Daniae liberalitate in Muſeo acade-* p. 3. *mico ſeruatur, accuratior notitia, cum obſeruationibus.* II. *de numo Iuniae Fadillae Auguſtae et de numo Othonis aereo graeco e Muſeo Illuſtriſſimae Comitis de Bentinck.* III. CHR. GVIL. FRANC. WALCHII *obſeruationes de Sabaeis.* IV. CHPH. MEINERSII *iudicium de libro, qui de myſteriis Aegyptiorum inſcribitur, et Iam-*

p. 87. *blicho plerumque vindicari solet.* V. IO. CHPH. GATTERERI *commentatio geographica de Herodoti ac Thucydidis Thracia.* P. I. de Thracia septentrionali. c. tab.

Denique et adiectae sunt IO. MATH. GESNERI *comment. I. II. de Sileno et Silenis*, quae iam recitatae fuerunt d. XI. Febr. et XII. Aug. CIƆIƆCCLXIII.

Ex historia huius illustris academiae, huic tomo praefixa, haec excerpsimus. Hoc ipso anno societati ereptus morte fuit IO. AVG. ERNESTI, cuius merita breui quidem, at iusto ponderat iudicio, Summus HEYNIVS. Serenissimus Dux Würtemberg. CAROLVS inter Sodales honorarios receptus, vna cum OVE DE HOEGH GVLDBERG, Regi Daniae a consil. secretioribus et sanctiori consessui reipubl. regend. a secretis etc. *Sodalium, qui ad commercia litterarum inter exteros legi solent*, numerus quoque auctus fuit ANGELO GVALANDRISIO, Patauino, IO. NIC. WILSE, Phil. Mag. et coetus Spydbergensis in Norwegia Parocho, MARC. ELIES. BLOCHIO, Med. Doct. — De quaestionibus denique a Celeberrima Germaniae societate publice ad disceptandum hoc anno propositis, alio iam egimus loco.

To. V. Quinto Volumine continentur *physicae* commentationes.

I. IO. ANDR. MVRRAY *Obseruationes botanicae in stirpes aliquot nouas et minus cognitas Horti Reg.*
p. 3. *Acad. praelectae* anno 1782. — In hacce tractatiuncula Auctor describit *Lysimachiam atropurpuream* atque *Ephemeram* LINN. Illa enim gaudet ramis diffusioribus, subglaucis, vndique viridibus; caule longe crassiore, basi purpureo; foliis alternis, subalaribus, ouato-lanceolatis; racemo angustiori magisque elongato, pedicellis breuioribus, calyce purpureo-fusco; corolla exigua, rosea; laciniis conniuentibus; haec contra instructa est: caulibus virgatis, decompositis; racemis simplicibus, terminalibus; corollis conniuentibus

tibus lacinias 6 habentibus. Quibus plantis Nofter nonnullas adiunxit fequentes: *Veronica marilandica* LINN. Eft planta biennis, glaberrima, tenella, fragilis, et ob corollae regularitatem ftylique defectum memoranda. — *Scabiofa vralenfis* MVRR. Haec autem fpecies a Noftro rite examinata proxima accedit ad *Scab. tataricam*, a qua vero differt: caule longe altiore, fiftulofo, hifpido: foliis feffilibus, bafi ampla amplexicaulibus; pinnis ouatis, lanceolatis; calyce fquamis paucis lanceolatis, adpreffis, corollam aequantibus; corolla alba: receptaculo villofo. — *Celofia procumbens* IACQ. Defcriptio huius plantae fecundum Noftrum ita ab illa IACQVINI diftat, vt hic videret corollam 5-petalam; petalis erectis, cylindricis; ore patulo; e contrario MVRRAYVS femper 1-petalam, porro ftigma perpetuo fimplex, nunquam bifidum, obferuaret.

II. IO. FR. GMELIN *commentatio de acidulis Driburgenfibus et generatim de examine aquarum mineralium*, praelecta a. d. 22 Iun. 1782. — Secundum optimorum chemicorum praecepta Auct. Ill. huius aquae mineralis inftituit analyfin. Vtraque via tum per refolutionem in partes conftituentes, tum per compofitionem aquae noftrae naturam penitius perfcrutatus eft. Analyfi dicauit 69 tentamina, compofitioni vnum. Partes, quas elicuit, fequentem in 10000000 aquae partibus feruant rationem: p. 20. p. 55.

Aër fixus explet partes	18243.
Sal Glauberi	6510.
Sal amarum vulgare	1047.
— — muriaticum	1415.
— ammoniacum fixum	1132.
Selenites	18229.
Ferrum	6195.
Terra calcarea cruda	5208.
Magnefia cruda	679.

Terra

Terra aluminis	509.
Terra ſilicea	85.
Materia extractiua	283.

p. 56. III. IOHANNIS BECKMANNI *commentatio de hiſtoria ſacchari*, recitata a. d. 25 Ian. 1783. Ex omni Viri Ill. diſputatione ſaccharum noſtrum Graecis atque Romanis incognitum fuiſſe patet. Potuiſſet quidem hocce artis productum, cum planta illa, quae nobis ſaccharum offert, arundo ſaccharifera, ſua ſponte in variis Aſiae et Africae regionibus naſcatur, apud eosdem in vſu quoque eſſe. Diligentior vero ſacchari noſtri cum ea maſſa, quam veteres ſaccharum appellarunt, comparatio, vtrumque maxime diſcrepare docet. Veterum enim ſaccharum a natura potius productum, quippe quod e multorum teſtimoniis in modum gummi plantis arundinaceis adhaeſit. Cur vero nullus recentiorum eiusmodi lacrimas ſaccharaceas ſe vidiſſe aſſeruerit, RVMPHIVS, qui in huius plantae naturam inquiſiuit, inde explicat, quod coloni ipſam non ad eam vſque proceritatem colant, donec lacrymae oriri poſſint. Veterum igitur ſaccharum ad naturam prorſus acceſſit melleam, viſcidum, tenax, minus fragile, impurius fuit, noſtrum variis purgatur artificiis, vi exprimitur, ope ignis vehementis inſpiſſatur, coquendo et deſpumando variisque additamentis purgatur, exiguasque propter immunitatem a partibus mucilaginoſis et oleoſis format cryſtallos. Veteres materiam quandam dulcem ex arundinibus collectam cognitam habuiſſe, B. quidem putat, num vero, cum plures plantae arundinaceae in India melleas guttas exſudent, eadem planta fuerit arundinacea, e qua noſtrum ſaccharum paramus, non certo liquet: accedit, quod ros melleus, qui, vt PICCOLO teſtatur, in India interdum adeo copioſus ſit, vt in arundinibus ſponte ſua cogatur, ſaccharoque ſapore, praeter colorem, ſimillimus ſit. Forte vero veteres maſſam ſaccha-

ſaccharo noſtro admodum ſimilem, alio modo nomine, vt multi viri docti opinati ſunt, appellarunt. Ipſi enim mellis nomine omnia inſigniuerunt dulcia, inprimisque mellis cuiusdam arundinacei faciunt mentionem, quod nec colore, nec habitu externo a ſale communi fuerit diuerſum. Neque ad potum dulcem, quem Indi ex arundinum conficiunt radicibus, noſtra adhibetur planta, quae non ad tantam adſpirat proceritatem. SALMASII vero ſententiae, qui ſaccharum veterum cum ſacchar mambu Indorum et tabaxir Perſarum et Arabum conuenire ſtatuit, variis de cauſſis non ſubſcribit. Saccharum veteres rarius atque in vſum ſolummodo medicum, mel contra ad condimenta aeque ac medicamenta impenderunt. Commode vero cum vtroque conſilio noſtrum adhiberi poſſit ſaccharum, ipſos illud ignoraſſe quodammodo concludere licet, nam caritate ſe deterreri non paſſi fuiſſent.

V. H. A. WRISBERGII *obſeru. anatomico-obſtetriciae de ſtructura oui et ſecundinarum humanar. in partu maturo et perfecto collectae.* Tres Cel. Auctori partus inter plures quam 2000 occurrerunt, vbi foetus ouo integro illaeſisque velamentis in lucem editus eſt. Qua data opportunitate cum et integri oui naturam, pondus vniuerſi foetus habitaculi, quantitatem amnii, habitum foetus velamento adhuc incluſi egregie potuerit obſeruare, quae de his rebus expoſuit, notatu ſunt digniſſima. — Praeterlapſa ſunt in vno eiuſmodi foetu a partus articulo ad veram reſpirationem *ſeptem,* in altero *nouem* temporis minuta; vterque antea motu et agitatione vitae luculenta ſigna dederat. Hoc igitur docemus, caute in foro vitam foetus diiudicandam et pulmonum docimaſiam eſſe adhibendam. — In eo omnes Auctoris obſeruationes conſpirant, pondus ſecundinae integrae fere ſemper 1 $\frac{2}{4}$ aut 1 $\frac{3}{4}$ ſiue vnam libram cum dimidia ciuilis

p. 17. p. 79. p. 80.

vilis ponderis aequare, rarius infra vnam libram deſcendere, aut $2\frac{2}{8}$ $2\frac{3}{8}$ $2\frac{4}{8}$ librarum ſuperare, rariſſime $2\frac{6}{8}$ aut 3 librarum pondus obtinere. — Funiculi vmbilicalis longitudo *naturalis* innumeris fere dimenſionibus confirmata 19, $19\frac{1}{2}$, 20 pollices non ſuperat. Non tanta frequentia *nodi* in fune cernuntur, quam vulgo creditur; inter nouem partus vnus tantum funiculus vnico nodo eminentiori inſtructus eſt. —
p. 82. Maxime frequens liquoris amnii quantitas inter vncias x et libr. II medium pondus habere ſolet. — Poſt prolata nonnulla de ortu vaſorum placentae, eorundem habitum in media circiter grauiditate conſpicuum fuſius deſcribit, et addita ad calcem eleganti icone oui quatuor menſium, in qua vaſa placentam formantia iniecta lenique maceratione euoluta conſpiciuntur, illuſtrat. Sicuti autem omnis haec commentatio egregiis obſeruationibus ditiſſima eſt, ita Cel. Auct. praeprimis in eo ſumma cum diligentia atque dexteritate verſatus eſt, vt conſpiranti frequentium obſeruationum ordine nexum partium oui inter ſe, placentaeque cum velamentis clarius demonſtraret. Caeterum ad illam iam nominatam iconem accedit imago reſecti vaſorum vmbilicalium in placentae cotyledones abeuntium trunci, qualis perforato chorio reſciſſus apparet.

p. 1. *Mathematicas* commentationes cum ſocietate communicarunt I. ABRAH. GOTTH. KAESTNER *de rotarum dentibus*, et II. ALB. L. FR. MEISTER *de mon-*
p. 28. *tium origine ab axis terreſtris mutatione*, P. I. (Cum ſint viri eruditi, qui inter cauſſas mutatae ſuperficiei globi noſtri terraquei non vltimo loco ponant aquarum, quae globum ambiunt, ab axis diurni mutationibus oriundas translocationes, Cel. DE LUC *) duas ſententiae illi opponit difficultates, quas heic Cl. M. remouere ſtuduit.)

Inter

*) Lettres phyſiques et morales ſur l'hiſtoire de la terre et de l'homme, to. II. P. V.

Inter commentationes *hiſtoricas* et *philologicas* emi- p. 1.
nent I. C. G. HEYNII, *noua armorum inuenta in veteri Graecia, eorumque effectus; de Diodori fide et auctori-* p. 89.
tate aeſtimanda ex auctoribus, quos ſequitur; et deni- p. 131.
que *allocutio in ſolennibus anniuerſariis ſocietatis d. XVI. Nou.* II. C. GU. FRANC. WALCH *de Michaelis* p. 18.
Glycae aetate. III. CHPH. MEINERS *iudicium de qui-* p. 45.
busdam Socraticorum reliquiis. IV. IO. CHPH. GAT- p. 89.
TERERI *de Herodoti ac Thucydidis Thracia* Comm. II.

Commentationes antiquiores additae ſunt tres IO. p. 1-64.
MATTH. GESNERI, quibus *inſcriptiones Pocockianas illuſtrare* ſtuduit.

Denique lubet etiam quaedam ex hiſtoria ſocietatis, in voluminis huius limine enarratae, commemorare. Mors ſodalibus exteris hoc ipſo anno ſubduxit IO. PRINGLIVM, cuius in locum lectus eſt FELIX FONTANA, phyſic. et muſ. phyſ. Florent. director. *Aſſeſſores ordinarii*, qui in conſeſſibus academiae publicis locum ſuum ac ſedem habent, adeoque in contubernio ſeniorum ſunt, iuuenes ad optima quaeque adſpirantes, et eruditione inter ſuos aequales conſpicui, allecti ſunt BLASIVS MERREM, et CHR. GVIL. IAC. GATTERER. — De quaeſtionibus, quarum optimae ſolutioni publicum praemium promiſſum, et conceſſum eſt, alio tempore locoque egimus. — Vltimo loco de ſcriptis, machinis, aliisque ſocietati oblatis donis expoſitum eſt.

Volumine ſexto commentationes *phyſicae*, in ſocie- Vol. VI.
tatis conſeſſibus publice lectae, continentur I. IO. p. 1.
ANDR. MVRRAY *deſcriptiones ſtirpium aliquot noua-* p. 18.
rum vel minus cognitarum Horti reg. Botanic. Societati reg. ſcientiarum 1783. *oblatae.* — *Spilanthus ſaliua-* p. 3.
ria DOMBEYI, qui ſemina ex regno Peruuiano retulit. Planta annua, pedalis, habitus hirſuto-pubeſcentis; radix maſticando ſaporem ſubſalſum acremque ita habet, vt totum os grato calore perfun-

perfundat. Folia ficca quoque falfa amaraque. Auctor
p. 6. fenfit, vt faliuae confluxus inde promoueretur. — *Lycium heterophyllum* MVRR. Quoniam folia multifariam habent figuram, *heterophyllum* Nofter dixit hanc ftirpem. Spinarum natura eadem, ac in *Adelia acidoto*; *Lycio europaeo*, obferuatur. Pleraeque enim funt gemmae foliiferae; aliae tamen indurefcunt; aliae rudimentum modo vnius pluriumue foliorum in apice gerunt. Vernali tempore 1783 fpinas longe pauciores, quam autumno fubfequentis anni, Nofter obferuauit; porro quosdam flores, modo perpaucos, quadrifidos atque folia vtrinque laeuia, vidit.
p. 9. — *Gypfophila vifcofa* MVRR. Cel. POTTIVS plantae, cuius femina Noftro mifit, hoc dedit nomen. Capfula 4-valui diftinguitur a reliquis fpeciebus. *So-*
p. 11. *lanum marginatum* LINN. i. e. *Sol. aculeatum* MVRR. Ill. IACQVINVS in plantis fuis rarioribus huic plantae nomen *Sol. fancti* falfe impofuit. Stirps eft annua, habitus aculeati et tomentofi. — *Tetragonia expanfa* MVRR. Semina huius fub *Tetr. herbacea* Auctori miffa funt. Planta diligentius examinata Nofter vidit illam non effe fpeciem. Fructum 8-locularem, nec 4-locularem, vidit. Habitus plantae fuccofus, fragilis, papillofus.

II. EIVSDEM *obferuationes in ftirpes quasdam re-*
p. 20. *cens detectas recitatae* anno 1784. — *Solandra lobata* MVRR. Cum priftina *Solandra*, a LINNAEO fyftemati vegetabilium inferta, qua genus nouiffime interierit, in Hydrocotylen capenfem commutata, nouum Nofter genus iftius viri memoriae dicauit cognomine idque in nouiffima fyftematis editione in Monadelphia polyandria inter *Sidam* et *Malachram* collocauit. Petala corollae in noftra magis coalita, quam in adfinibus columniferis, Auctor monet. — *Forfkoh-*
p. 24. *lia anguftifolia* MVRR. Eft annua, omnino afpera hifpidaque.

ſpidaque. Flores ſunt bini exigui, compactiori intricatiorique lana ita cauo ſuo repleti, vt ſolummodo acu aut ſcalpello ſolui poſſint. Styli ſetis rubris diſtinguuntur. A FORSK. *tenaciſſima*, in cuius flore petala octo, totidemque ſtamina, Noſter numerauit, differt noſtra, maxime habitu magis virgato, caule tereti; ramis petiolisque purpureis; foliis lanceolatis, dentato-ſinuatis; piſtillis tribus. — *Rhus ſemialatum* MVRR. Petioli p. 27.
nonniſi in extremis internodiis foliorum vtrinque membrana gaudent, qua tamen et baſis internodiorum deſtituta eſt, qua de re haec ſtirps Noſtro appellata eſt *ſemialata* atque pone *Rhus copallinum* in ſyſtemate collocata. Truncus huius ſtirpis ſimplex, apice folioſus, lacteſcens. Folia, quae verſus autumnum rufo tinguntur colore, interdum abrupte pinnata, obſeruata ſunt. — *Xanthium* p. 32.
echinatum. Auctor animaduertit quoad fructus figuram hocce a *Xanth. orientali* vario modo diſcrepare. Fructus enim in hacce planta eſt cylindrico-ouatus. Aculei magis ſunt incurui. Folia minus manifeſte triloba. Maculae in caule deſunt. In noſtra autem planta nullum piſtillum in flor. maſcul. ſe deprehendiſſe Auctor monet. — *Carduus ciliatus* MVRR. Planta per- p. 35.
ennis, *Card. lanceolato* ſimilis: a quo tamen multis modis diſcrepat. In *Card. lanceolato* caulis eſt alatus, non nudus, inde a baſi ramoſus: ramis patentibus. Folia vtrinque viridia, anguſtiora, aſperiora, rigidiora, ſupra punctata: laciniis omnibus aequalibus breuibusque. Flos ſolitarius foliis tectus, mox terminalis, mox ſeſſilis. *Cal.* ouatus, nec globoſus; ſquamis anguſtioribus, margine nudis, nec ciliatis, baſi ſublanatis. — *Berberis ſibirica* PALL. Pedunculos huius floris ſolitarii, terminalis, conglobati, inferi, cernuos teretes eſſe, apice incraſſato. Huic autem ſpeciei inſuper Noſter adiunxit characteres reliquarum Berberis ſpecierum correctiores.

p. 41. III. IOH. FRID. GMELIN *comment. de tinctura antimonii ab Ill.* THEDEN *nuperius commendata*, recitata a. d. 19. Iulii 1783. — Dudum iam haec tinctura antimonialis, a THEDENIO nuper commendata, BASILIO VALENTINO, viro de chemico antimonii ſcrutinio meritiſſimo, vt et reliquae tincturae, quae ex hocce metallo parantur, fuit cognita. Propter inſignem vero eiusdem virtutem, viamque, quam THEDENIVS propoſuit, longiorem ſumtuoſioremque Auct. Ill. de eo cogitauit, num magno temporis, laboris, ſumtuumque compendio aliam parandi rationem, quae nullam virtuti medicatae afferret iacturam, inire poſſimus. Multa hunc in finem ipſe inſtituit experimenta, quorum euentus hacce enarrauit tractatione. Loco aceti concentrati, aliud quodcunque acetum non nimis debile et impurum, vini, pomorum, quippe cum vis medicata per partes praecipue oleoſas augeatur, adhibere ſuadet. Ea ſpiritus vini portio, quae leni igne per deſtillationem excipitur, non vt inutilis reiiciatur, ſed denuo maſſae extrahendae infundatur: vt verus enim ſpiritus vini ſalibus ſoluendis egregie poteſt inſeruire. In vniuerſum ſpiritus vini materiae tamdiu et toties affundatur, lenique calore digeratur, donec nullum amplius et colorem et ſaporem ſibi conciliauerit. Iam omnis miſceatur, aliqua eiusdem pars per deſtillationem lenem fugetur, ſuperſtes inſpiſſetur. Sola quidem aqua propter maiorem vim menſtruam, qua in corpus extrahendum agit, commode adhiberetur, niſi habitus externus, quo in medicamentis porrigendis aegrotantium moroſitati ſuccurrendum eſt, diſſuaderet. Color enim ſordidus, obſcurus, turbidus, odor ſaporque minus gratus facile ab eius vſu deterrerent, quamuis per ſolutionem frigidam haec incommoda quodammodo emendari poſſent. Itaque fluidum forte ex ſpiritu et aqua mixtum vel ſpiritus vini aquoſis particulis

culis paullo ſaturatior, vt francogallicus aut rectificatus optime huic fini reſponderet, niſi plura huic parandi rationi officerent. Partes ſalinae potiores aquam, qua facile ſoluuntur, a ſpirituoſis ſeiungunt partibus, atque aqua ſoluta olei inſtar in fundo vaſis fluctuant, neque cum reliquo latice, niſi maiori aeſtu partem ſpiritus abegeris, connubium ineunt. Mera fere cum iam remaneat aqua, medicamentum minus ſuaue ſimpliciori quoque via parandum obtinetur. Accedit, quod ſpiritus vini et francogallicus et rectificatus propter diuerſum plerumque puritatis gradum, praeparatum inaequalis virtutis et efficaciae offerat. Alio porro tinctura ſecundum ipſam THEDENII formulam parata laborat vitio, pars eiusdem eaque haud inertiſſima tempore ſuccedente in fundum demittitur, cum cryſtalli illae, quae fundo aſſident, arcanum tartari antimonialibus particulis, a quibus praecipuae virtutes pendent, grauidum referunt. Optimum hinc habet tantam ſpiritus partem deſtillare, vt portio ſuperſtes omne ſal multo minori calore ſolutum retinere poſſit. Praecipuum enim exinde in vſum medicum redundabit commodum, vt medicamenti virtus ſemper ſibi ſit aequalis. Ipſam igitur tincturam natura ſua terrae foliatae tartari partibus ſulphureis et metallicis antimonii impraegnatae in ſpiritu vini puriſſimo ſolutionem habet. Iure enim a GOETTLINGII ſententia recedit, qui ipſum hunc liquorem terram foliatam tartari ſpirituoſam habet, eamque in illius locum ſubſtituere ſuadet. Formulam LEONHARDI, qui ad hanc tincturam parandam ſpiritum arcano tartari quam maxime ſaturatum atque hepati antimonii contuſo adhuc calenti ſuperfuſum digeſtioni committere iubet, ſuis fultus tentaminibus non plane quidem improbat, meliorem vero GEOFFROYI rationem cenſet, qui ad parandas metallorum tincturas ſal ſicciſſimum diu cum hepate antimonii tritum,

 ſpiritu

ſpiritu vini ſuperfundere ſuadet. Iterata vero ſpiritus vini ex THEDENII praeceptis deſtillatione, hunc in oleum vini, aut naphtham mutari, ideo in dubium vocat, cum arcanum tartari ſine acido fortiori ſuum acidum non dimittat, quod ad naphtham impendi poſſit. Caput mortuum, quod reſtat, ad naturam kermes mineralis accedit, quod, niſi nimis ſollicite elueris medicamentum reſoluens, externe adhibendum offert.

IV. HENR. AVG. WRISBERGII *comment. de membranarum ac inuolucrorum corporis humani continuationibus partim dubiis, partim veris.* Propria inuolucra nec ex alia membrana orta Cel. Auctori ſunt, ſclerotica, cornea, choroidea, perioſtea, renis, ſplenis, teſticuli et epydidimidis tunicae; ad continuatas autem et ex aliis membranis procreatas tunicas, neruorum vaginas a dura matre, pericardium, pulmonum, maiorum cordis et pulmonum vaſorum tunicam externam, oeſophageae tunicae partem a pleura, omnium in abdomine comprehenſorum viſcerum involucra praeter lienem, a peritonaeo producta referenda eſſe putat. Tunicam vaginalem funiculi ſpermatici, vaſorum cruralium etc. controuerſas adhuc peritonaei continuationes a multis haberi. Poſtea in eo in primis laborat, vt, quae de tunicarum coniunctione dixit, anatomico-pathologicis ſectionibus illuſtraret, idque egregie eum praeſtitiſſe quis dubitet? Perſcrutatus autem primum pectoris viſcera, quid thoracis inflammatio, puris collectio, aquae hydropicae effuſio de membranarum continuatione in cadaueribus eum docuerit, narrat atque declarat. His accedunt experimenta de producto ad vaſa maiora ipſumque cor pericardio. Tunc vbi ad vlterius confirmandam iam alibi a ſe illuſtratam dubiam peritonaei in tunicas vaginales et Nuckii diuerticula elongationem progreditur, pueri hernia congenita laborantis cada-

ver

ver affert, in quo rete vaſorum iniectorum eleganti continuatione ex parte peritonaei abdominali in tunicam vaginalem procedebat. Elegans diuerticuli Nuckiani ſpecimen in puellae cadauere vidit. — Renes, capſulae, nerui, vaſa ſanguifera maiora, vreteres, veſiculae ſeminales et canales deferentes a peritonaeo non quidem tunicas, ſed multum celluloſae ſortiri, nec negligendam etiam hanc eſſe coniunctionem, cum vti varia alia, ita a tali celluloſo nerui intercoſtalis inuolucro ſaepe illa ſymptomata, quae affecto peritonaeo mediante neruo intercoſtali maximo per vniuerſum corpus diffunduntur, oriri videantur. Quid de membranarum, interiora loca narium, faucium, laryngis, meatus auditorii, oeſophagi, inteſtinorum, vaginae, vteri et vrethrae obueſtientium, ex cute originibus ſtatuendum ſit, ſpecialiori commentationi reſeruatur.

Commentationes *mathematicae* ſcriptae ſunt a Venerando ABRAH. GOTTH. KAESTNERO *de corporibus polyedris data lege irregularibus; de ſectionibus ſolidorum, cryſtallorum ſtructuram illuſtrantibus:* II. ab ALB. FR. MEISTERO, *vtrum montium origo explicari poſſit per axis terreſtris mutationem*, Comm. II. p. 1. p. 52. p. 107.

Commentationes *hiſtoricae* et *philologicae* huic volumini inſunt I. IO. CHPH. GATTERERI *de Herodoti ac Thucydidis Thracia* Comm. III. II. CHR. GVIL. FRANC. WALCHII de τοις εσω της εκκλησιας et τοις εκτος Conſtant. M. III. CHPH. MEINERS *de M. Aurelii ingenio, moribus et ſcriptis*, atque IV. CHR. GOTTL. HEYNII *de acie Homerica et de oppugnatione caſtrorum a Troianis facta;* et *Elogium venerab.* WALCHII. p. 1. p. 18. p. 107. p. 137. p. 1–8.

Ex hiſtoria academiae, ab Eodem Viro Summo per annos LXXXIII. et LXXXIV. continuata, ſelegimus haec: priori anno CHR. WILH. BÜTTNERVS, Ph. P. O. Ienam euocatus ex Sodalibus ordinariis in numerum Sodalium exterorum transſcriptus eſt, e

quorum

quorum numero morte ſubducti erant hoc ipſo anno STEPH. DEMAINBRAY, Angl. Regi aſtronomus in ſpecula Richmondenſi, BENI. KENNICOTT, et iam antea GREG. MAYANSIVS. Adſcripti inter amicos et familiares ANDR. CHR. HWID, Prof. vniuerſ. Haunienſis, CAR. CHASSOT DE FLORENCOURT, quondam Duci Brunſuicenſi a conſiliis camerae redituum et metallorum, ANT. BRVGMANS, mathem. prof. quondam in acad. Groningana. Per annum LXXXIV. ſodalium ordinariorum numerus CHR. GVIL. FR. WALCHIO, exterorum PETR. WARGENTINO, et TORBERN BERGMANNO deminutus fuit. Ex amicis et familiaribus IO. DAV. HAHN, med. prof. Leid. et PH. RVD. VICAT, medicus apud Lauſodunenſes deceſſerunt. Contra ea *ſodales ordinarii* acceſſerunt IO. FR. BLVMENBACH, Med. Prof. publ. ord. Gotting. IO. PET. FRANCK, tunc ibidem med. prof. publ. ord. et LVD. TIMOTH. SPITTLER, phil. ord. P. P. O. *exteri* vero IO. CAR. WILCKE, phyſ. exper. prof. olim Holmienſis. Inter amicos et familiares relati ſunt CHPH. LVD. ALB. PATJE, Angl. Regi a ſecretis camerae redituum et aulae, IO. ANDR. DIEZ, hiſtor. liter. prof. publ. ord. Mogunt. et bibliothecarius, IO. HELFR. MÜLLER, Princ. Landgrauio Haſſiae Darmſtad. architectorum militarium centurio etc. BLAS. MERREM denique, matheſ. et phyſices prof. Duisburg. — De quaeſtionibus, ab academia hisce annis ad diſceptandum propoſitis, tacere lubet, cum tempore ſuo eas in hisce commentariis commemorare haud neglexerimus. — Denique ſcripta, inuenta et obſeruationes enarrantur, a Sodalibus et amicis exteris cum academia communicatae.

II.

Anleitung zur Kenntniß der beſten Bücher in der Mineralogie und phyſikaliſchen Erdbeſchreibung, nach chronologiſcher und geographiſcher Ordnung geſammlet

ſammlet und herausgegeben von CARL FRIEDRICH WILHELM SCHALL. *Nebſt einer Vorrede von Herrn* IOH. CARL WILH. VOIGT, *Fürſtl. S. Weimariſchen Bergſekretair. Zweyte vermehrte Ausgabe. Weimar* 1789. *bey C. L. Hoffmanns Wittwe und Erben.* 8. *pagg.* 286.

i. e.

Introductio ad cognitionem optimorum librorum, qui mineralogiam ac geographiam phyſicam tractant, ſecundum ordinem chronologicum et geographicum collecta et edita a CAROLO FRIDERICO GVLIELMO SCHALL. Praefatus eſt IO. CAROLVS GVIL. VOIGT. Editio altera auctior.

Cum noſtra aetate mineralogiae ſtudium admodum ferueat, laudandus eſt clariſſ. SCHALL, quod catalogo bonorum librorum mineralogicorum contexendo, labori ſane ac taedii pleno, operam nauauit. Nec mineralogiae amatoribus eius ſtudium diſplicuit, cum breui tempore prior huius libri editio distracta fuerit.

VOIGTII, celeberrimi mineralogi, nunc Duci Saxo-Vinarienſi a conſiliis montanis, praefatio ideo videtur addita, vt aliqua libro commendatio accederet. In ea, praemiſſis nonnullis obſeruationibus de ſtudii mineralogici viciſſitudinibus eoque, qui nunc eſt, feruore, de mediis terrae calcareae varietates certo dignoſcendi diſſeritur. Auctor eſt VOIGTIVS, vt mineralogi ad petrificata terris calcareis inhaerentia diligentius attendant.

Libri ipſius Schalliani haec eſt oeconomia.

Prima ſectio. Libri oryctologici generales de regionibus certis terraque in vniuerſum (pagg. 1–62). — *Secunda ſectio.* Libri oryctologici de regionibus

 certis.

certis. *Prima pars.* De *Germania* in vniuerſum. (p. 63–68) — *Secunda pars.* De *Germaniae* decem circulis. a) De *circulo ſaxonico ſuperiore.* (p. 69–91) — b) De *circulo ſaxonico inferiore.* (p. 92–99) — c) De *circulo auſtriaco.* (p. 100–106) — d) De *circulo bauarico.* (p. 106–107) — e) De *circulo francico.* (p. 107–112) — f) De *circulo ſueuico.* (p. 113–116) — g) De *circulo rhenano ſuperiore.* (p. 116–123) — h) De *circulo rhenano inferiore.* (p. 123–125) — i) De *circulo burgundico.* (p. 125) — k) De *circulo weſtphalico.* (p. 126–128) — *Secunda pars.* De *Bohemia, Morauia, Sileſia* et *Luſatia.* (p. 129–147) — *Tertia pars.* De *Luſitania* et *Hiſpania.* (p. 147–151) — *Quarta pars.* De *Gallia.* (p. 152–170) — *Quinta pars.* De *Belgio.* (p. 171–173) — *Sexta pars.* De *Heluetia.* (p. 174–173) — *Septima pars.* De *Italia.* (p. 184–201) — *Octaua pars.* De *Magna Britannia.* (p. 102–209) — *Nona pars.* De *Suecia* (p. 210–214) — *Decima pars.* De *Dania* et *Norwegia.* (p. 215–218) — *Vndecima pars.* De *Polonia.* (p. 219–221) — *Duodecima pars.* De *Boruſſia.* (p. 222–226) — *Decima tertia pars.* De *Hungaria* et *Transſyluania.* (p. 227–232) — *Decima quarta pars.* De *Ruſſia.* (p. 233–238) — *Decima quinta pars.* De *Aſia.* (p. 239–246) — *Decima ſexta pars.* De *Africa.* (p. 247–250) — *Decima ſeptima pars.* De *America.* (p. 251–261) — *Decima octaua pars.* De *terris polaribus.* (p. 262–266). — Accedunt index auctorum et ſupplementa.

III.

Delectus opuſculorum ad ſcientiam naturalem ſpectantium. Edidit CHRISTIANVS FRIDER. LVDWIG, D. Hiſtoriae naturalis in vniu. litt. Lipſ. Profeſſor. Volumen primum. Lipſiae, apud

apud Siegfridum Lebrecht Crusium. 1790. 8. pagg. 560. cum tabb. aenn. septem.

Inter plures, quos possidet scientia naturalis commentationum thesauros, et diaria, tamen clarissimo LVDWIGIO, iam professionem historiae naturalis in academia Lipsiensi praeclare tuenti, visa est desiderare talem collectionem, qualem hic composuit atque congessit, quae nimirum variarum academiarum dissertationes secundum aliquem materiarum ordinem et seriem in lectorum conspectum produceret. In ea doctissimus vir versatur opinione, scientiam naturalem insigniter amplam, diffusam atque late patentem adhuc semper magis esse amplificandam, non solum condendis systematibus, quemadmodum multi, in academiis adeo, praepostere faciunt, ita quidem, vt characteres accuratius determinare, terminos artis optimos inuenire, nomina et recte intelligere et rite imponere (ad quod negotium graece latineque docti homines requiruntur) negligant; sed etiam coniungendam amplius esse historiam naturalem cum veteris et mediae aetatis geographia, linguarum studio, archaeologia, veterum scriptorum lectione, iurisscientia etc. Veretur enim, ne systema naturae post LINNAEVM, a quo omne repetit in scientia naturali principium, iterum corruat et false tractetur, quoniam plures in vtriusque regni organici studio non satis intelligunt LINNAEVM et nimis negligenter iam nostris adeo temporibus ipsum sequuntur. Meliora et accuratiora solidioris doctrinae testimonia offert schola Werneriana in regni inorganici adumbratione. Philosophiae enim, accuratioribus diuisionibus et distinctionibus et scrupulosiori linguae cuiuslibet vsui superstruenda sunt omnia in naturali historia. — Clarissimus editor ex multis liberaliter secum communicatis dissertationibus et ex sua ipsius suppellectile eas sele-

ſelegit, quae repetita editione inprimis dignae viderentur. Alterum volumen breui proditurum eſſe pollicetur; quae ſpes ne irrita fiat, vehementer timemus.

Diſſertationes hoc in volumine continentur ſequentes.

p.I-22. I. CAROLVS IOSEPH OEHME *de ſerie corporum naturalium continua.* (Prodiit Lipſiae, 1772.) Ante LEIBNITZIVM perobſcure de ſerie corporum continua locuti ſunt veteres. Primus ARISTOTELES *) de continua progreſſione naturae ab imperfectis ad perfectiora dixiſſe videtur. Nec PLATO eandem ſententiam diuerſis operum ſuorum locis fouere dubitavit. CICERO licet tam clare nos non doceat, locum tamen ſuis in ſcriptis reliquit, ex quo pateat, eum ſaltem principia cognouiſſe, ex quibus recentiores, inprimis ſcholaſtici, ſuas de ſerie corporum continua opiniones deduxerunt **). Multo clarius quarti ſeculi ſcriptor NEMESIVS de continua, inprimis animalium, ſerie locutus eſt ***). Iis porro temporibus, quibus philoſophia intenſis quidem ſtudiis tractata, ſed ab obſcurorum virorum ingeniis turbata fuit, ex iisdem forte veterum locis *vacuum formarum* ſcholaſtici introduxerunt et tale in rerum natura ineſſe conſtantiſſime negarunt. Hac ſententia expreſſerunt, omnia, quae poſſibilia eſſent, exiſtere, neque vllam rem cogitari poſſe, quae non a ſummo creatore producta ſit. Quod aſſertum egregie examinauit atque correxit magnus LEIBNITZIVS. Qui cum videret, multa abſurda ex eo deduci poſſe, illud his limitibus circumſcripſit, vt ea tantum exiſtere ſtatueret, quae Deus harmonia vniuerſi ſuaque ſapientia digna fore praeuidiſſet. Illuſtri eius vaticinio quam feliciter poly-

*) De part. anim. Lib. IV. cap. 5.

**) CIC. in Timaeo, ſ. de vniuerſo, cap. 10.

***) NEMES. περὶ φύσεως ἀνθρώπου, cap. I.

polyporum inuentio reſponderit, nemo ignorat. Ex iis, qui LEIBNITZIVM hac in theoria ſecuti ſunt, primus eminet ANTONIVS VALLISNIERI. RICHARDVS BRADLEY, item LEIBNITZII veſtigia ſecutus, de ea re copioſius, quam praecedens, et curioſius expoſuit. VITALIANVS DONATI fragmentum tantum hiſtoriae naturalis hunc in modum diſpoſitae reliquit, quod tamen omni iure inter optima conamina eruditorum referendum eſt. Ex praeſtantiſſimis CAROLI BONNETI operibus *contemplatio naturae* inprimis huc pertinet. Poſt illos clariſſimus PALLAS, acutiſſimus naturae indagator, docto operi, quod *Elenchum zoophytorum* inſcripſit, praefatus, ſcalam naturae, diverſa ab ante relatis methodo, delineauit. — Recenſitis horum auctorum meditationibus et ordinibus iam clar. OEHME exponit, quid iis addendum ſibi videatur. Licet progreſſionem naturae defendere non dubitat, eam tamen eius notionem, quae communiter inter eruditos obtinet, ita magis eſſe comparatam putat, vt hominum admiratio excitetur, quam vt vera et ab ipſa natura adhibita ratio corpora inter ſe nectendi ex ea appareat. *Scalam* quidem corporum naturalium, qualis BONNETI eſt, exſtrui nullo modo poſſe, *ſeriem* vero, quae aliis placuit, difficulter ſtabiliri, argumentis haud leuibus euincit. Fortaſſe internam animalium ſtructuram et modum, quo nutrimentum ſuum capiant et in ſuam naturam mutent, qui a cordis, vaſorum pulmonumque aut partium his analogarum ſtructura pendet, ſcalae eiusmodi conficiendae occaſionem praebere poſſe ſuſpicatur, licet non ſine difficultatibus hic quoque naturae intricatus nexus euolui et explicari queat. Tranſitus a plantis ad animalia in hac ſerie ex ſtructura et oeconomia interna animalium confecta facillimus ipſi videtur. Accedit ſciagraphia huius ſeriei.

II. ABR. GOTTHELF KAESTNER *et* IO. CHR. POLYC. ERXLEBEN *diſſertatio ſiſtens diiudicationem ſyſte-* p. 32 – 56.

systematum animalium mammalium. (Gottingae 1767.) Auctor huius dissertationis non est KAESTNERVS, summus geometra, sed ERXLEBENIVS, qui eam sub illius praesidio Gottingae defendit. Aequum ac iustum est, ad beatum virum laborum suorum primitias tanquam ad auctorem referri, meminimusque ERXLEBENIVM LINNAEO subirasci, quod in nouissima systematis naturae editione hanc memorans dissertationem solius KAESTNERI, non sui mentionem fecisset. — Diligenter acuteque diiudicantur systemata ARISTOTELIS (MOSIS enim NOAEque diuisiones mammalium, cum magis etiam, quam Aristotelica, a vero systemate recedant, recte a clariss. auctore omittuntur), quem omnes fere historiae naturalis auctores ad RAIVM vsque secuti sunt, IOANNIS RAII, IACOBI THEODORI KLEINII, CAROLI LINNAEI, denique BRISSONII.

p. 37 – 81. III. GOTTL. CONR. CHR. STORR *et* FRID. WOLFFER *prodromus methodi mammalium.* (Tubingae 1780.) Doctissima dissertatio ac dignissima, ad quam systematum conditores diligenter attendant. Ad finem eius clariss. auctor suam classificationem tabulis comprehendit, quas cum legentibus communicabimus.

Tabula Generalior.
Imperii Naturae
Regni organici
Reipublicae Animalium
Agminis Rubrisanguium
Aciei calidorum
Classis I. Mammalium.

Phalanx I. Pedatorum. | Phalanx II. Pinnipedum. | Phalanx III. Pinnatorum.

Phalanx I. Pedatorum:
Cohors I. Vnguiculatorum. | Cohors II. Vngulatorum.

Cohors I. Vnguiculatorum:
Ordo I. Primates. | Ordo II. Rosores. | Ordo III. Mutici.

Cohors II. Vngulatorum:
Ordo I. Iumenta. | Ordo II. Pecora. | Ordo III. Belluae.

Tabula

Tabula ſpecialior A.

- Mamma-lium Pedatorum Vnguicu-latorum Ordo I. Primates.
  - Miſſus I. Manuati.
    - Sectio I. — — Homo.
    - Sectio II. — —
      - Simia.
      - Proſimia.
      - Procebus.
      - Tarſius.
      - Lemur.
    - Sectio III. — —
      - Didelphis.
      - Phalanger.
  - Miſſus II. Emanua-ti.
    - Sectio I. — —
      - Veſpertilio.
      - Sorex.
      - Talpa.
      - Erinaceus.
      - Miles.
      - Gulo.
      - Melliuora.
      - Vrſus.
      - Naſua.
    - Sectio II.
      - Coetus I.
        - Procyon.
        - Canis.
        - Hyaena.
      - Coetus II. Felis.
    - Sectio III. — —
      - Viuerra.
      - Muſtela.
      - Lutra.

Tabula Specialior B.

- Mammalium Pedatorum Vnguiculato-rum.
  - Ordo II. Roſores. — — —
    - Hyſtrix.
    - Caſtor.
    - Mus.
    - Glis.
    - Sciurus.
    - Lagomys.
    - Cauia.
    - Procauia.
    - Lepus.
  - Ordo III. Mutici. — — —
    - Bradypus.
    - Cataphractus.
    - Pholidotus.
    - Mymecophaga.

Tabula

Tabula specialior C.

Mammalium Pedatorum Vngulatorum.	Ordo I. Iumenta.	Equus.
	Ordo II. Pecora.	Camelus. Giraffa. Aries. Antilope. Taurus. Ceruus. Moschus
	Ordo III. Belluae.	Sus. Hydrochoerus. Rhinoceros. Elephas. Hippopotamus.
Mammalium Pinnipeda.		Phoca. Rosmarus. Trichechus. Manatus.
Mammalia Pinnata.		Delphinus. Diodon. Physeter. Balaena.

p. 82–105. IV. BLASIVS MERREM *de animalibus Scythicis apud Plinium.* (Gottingae, 1781.) Diligenter explicatur locus PLINII in hist. natur. Lib. VIII. Cap. 5. Sect. 15. 16. Hard. edit.

p. 106–117. V. IO. ERR. HEBENSTREIT *de insectorum natalibus.* (Lipsiae, 1743.) Accedit tabula aenea.

p. 118–146. VI. AVGVSTI BROVSSONET *variae positiones circa respirationem.* (Monspelii, 1778.) Primum aëris naturam considerat, eiusque proprietates post recentissima chemicorum experimenta exponit; tum perlustrat in nonnullis animalium classibus (auibus, insectis, amphibiis, piscibus) organa, quae respirationi inseruiunt.

p. 147–190. VII. IO. DANIEL TITIII *pari minimi, Polonorum Remiz, Bononiensium Pendulini, descriptio.* (Lipsiae. 1755.) Cum duabus tabulis aeneis, in quibus cum ipsa

ipſa auicula variaeque eius partes, tum nidus, quam habitat, ſiſtitur.

VIII. GEORG. RVDOLPH. BÖHMER *de plantis in cultorum memoriam nominatis.* (Vitembergae, 1770.) p. 191–271. Recte defenditur conſuetudo nomina plantarum ab hominibus deſumendi, a nonnullis non infimi ſubſellii botanicis deriſa. Duo inprimis ſunt commoda, quae ex eiusmodi nominibus fluunt, cultori plantarum maxime proficua: ſcilicet et plantarum, et auctorum, a quibus nomen acceperunt, facilis recordatio; cum quibus et tertium coniungere licet, ad imitationem ſcilicet eandemque gloriam atque aeſtimationem reportandam inuitatio. Ab illis autem nomina plantis imponenda ſunt, qui vel ipſimet botanicen excoluerunt, factisque ac ſcriptis illuſtrarunt magisque perfecerunt, vel ſaltem adiuuarunt et varia ratione promoverunt. — Copioſus ab auctore exhibetur eorum virorum index, qui vel promotores vel ſcriptores rei herbariae exſtiterunt, et quorum nomina plantis indita ſunt.

IX. IO. FRID. GMELIN *irritabilitas vegetabilium in ſingulis plantarum partibus explorata vlterioribusque experimentis confirmata.* (Tubingae, 1768.) p. 272–309. Clariſſ. auctor irritauit a) radices, b) truncos et caules, c) petiolos, d) pedunculos, e) gemmas, f) ſpinas et aculeos, g) ſtipulas et bracteas, h) genicula, i) cirrhos et capreolos, k) folia, l) receptacula, m) calices, n) petala, o) nectaria, p) ſtamina, α) antheras, β) filamenta, q) piſtilla, α) germina, β) ſtilos, γ) ſtigmata, r) pericarpia, s) ſemina. Ex his omnibus tentaminibus pateſcit: irritabilitatem vegetabilium convenire cum animalium irritabilitate, 1) quod reſidere in fibris recentibus, mollibus, euaneſcere in areſcentibus, et abeſſe a duris videatur; 2) quod ſtimulo ſimplici adplicito ſe exſerat, vt animalium irritabilitas; 3) quod in plurimis et vtplurimum ſingulas fibrarum con-

contractiones alterna ſequatur relaxatio; 4) quod aliquantiſper quieſcentes nouo admoto ſtimulo denuo moueantur; 5) quod in calida et ſicciori atmoſphaera contractio irritationem celerius excipiat; 6) quod in reſectis etiam plantis euidens ſuperſit. Irritabilitas vegetabilium differt ab animali, quod contractiones irritationem ſequentes hasque excipientes relaxationes minime tamdiu continuentur et raro tam fortes ſint, quam in animalibus fibris. Porro non eſt tanti ambitus haec facultas in regno vegetabili, quanti in animali, cum neque omnibus plantis, neque tot plantarum partibus, ſed in plerisque tantum genitalibus maſculinis competere hactenus viſa ſit, ſi Mimoſas viuas, Oxalida ſenſitiuam et Onocleam ſenſibilem excipias, quarum folia, genicula pedunculique irritabilia ſunt.

p.310–339. X. IO. PHILIPP. WOLFF *de filicum ſeminibus.* (Ienae, 1770.) Quae botanicorum acumen atque induſtria de filicum fructificatione detexit, auctoris tentaminibus et obſeruationibus vlterius confirmantur.

p.340–381. XI. CAROLI A LINNE C. F. *et* OLOF SCHWARZ *methodus muſcorum illuſtrata.* (Vpſaliae, 1781.) Cum duabus tabulis aeneis.

p.382–388. XII. CHRIST. FRID. LVDWIG *epiſtola ad* FRID. ANDR. GALLISCH, *M. D. de ſexu muſcorum detecto.* (Lipſiae, 1777.) De HEDWIGII, clariſſimi botanici, inuentis cryptogamicis refertur.

p.389–432. XIII. REINHOLD BERENS *de dracone arbore Cluſii.* (Goettingae. 1770.) In praefamine huic diſſertationi praemiſſo de horto botanico Berolinenſi eiusque fundatione diſſeritur. Hiſtoria naturalis huius plantae diligenter pertractatur. Ipſa planta eiusque partes in tabula aenea exhibentur.

p.433–490. XIV. CAR. GOTTFR. HAGEN *et* NESTOR KWIATKOWSKY *de ranunculis pruſſicis.* (Regiomonti, 1783.) Primum de ranunculis in genere diſputatur. Tum deſcri-

defcribuntur Ranunculus *flammula*, Ranunculus *reptans*, Ranunculus *lingua*, Ranunculus *ficaria*, Ranunculus *auricomus*, Ranunculus *ſceleratus*, Ranunculus *ſardous*, Ranunculus *bulboſus*, Ranunculus *repens*, Ranunculus *polyanthemos*, Ranunculus *acris*, Ranunculus *lanuginoſus*, Ranunculus *aruenſis*, Ranunculus *aquatilis*. Harum omnium ſpecierum hiſtoria naturalis viresque fuſe exponuntur.

XV. IO. CAROLVS GEHLER *de characteribus foſſilium externis*. (Lipſiae, 1757.) Demonſtrare conatur clariſſ. vir, certos dari characteres externos, quibus tanquam fundamento ſyſtema mineralogiae tuto ſuperſtruas. Agit deinceps de odore, de auditu, de ſapore, de tactu, de viſu, et primum quidem de colore, de magnitudine, mole et ſede, de grauitate ſpecifica, de ductilitate et fragilitate, de pelluciditate et opacitate, de raro ac denſo, molli ac duro, de figura ac forma, de ſtructura ſiue textura, de commiſſura (quae primum ad ſyſtema mineralogiae condendum adhibita fuit a magni nominis geometra, C. A. HAVSENIO *), de actione aliorum corporum in foſſilia. Addita eſt tabula aenea, in qua echinitae rariores exhibentur. p. 491–534.

XVI. IO. CAROLVS GEHLER *de foſſilium phyſiognomia. Specimen I.* (Lipſiae, 1786) Characterum foſſilium externorum certitudo contra KIRWANVM ac BERGMANNVM aſſeritur. In altero ſpecimine auctor ſingulos hos characteres deſcribet, quidque quivis eorum conferre queat ad mineralium hiſtoriam, curatius exponet; tandemque in tertio commonſtrabit, eos non tantum ad cognoſcenda, ſed et in ordinem redigenda (?) foſſilia ſolos ſufficere et multum ſua praeſtantia atque vſu chemicos ſuperare. p. 535–546.

XVII.

*) In programmate Lipſiae 1737. edito.

p.547–560. XVII. ABRAHAMI GOTTLOB WERNERI, *Mineralogi Fribergensis celeberrimi, systema regni mineralis, anni* 1788, solorum est nominum index, qui cum perbreuis sit, eum cum lectoribus, maxime in exterorum gratiam, communicare placet.

Classis prima. Terrae et Lapides.

Genus primum. Silicei.

Familiae et Species.

1. S. Adamas. 2. S. Chrysoberyllus. 3. S. Circonius. 4. S. Hyacinthus. 5. S. Chrysolithes. 6. S. Granatus. 7. S. Rubinus. 8. S. Saphirus. 9. S. Topazius. 10. S. Smaragdus. 11. S. Beryllus. a. communis. b. scorlaceus (*schörlartiger Beryll.*) *a*). 12. S. Scorlus. a. niger. b. electricus. (*Turmalin.*) 13. S. lapis Thumensis (*Thumerstein*) *b*). 14. S. quarzum. a. S. Q. amethystus. b. S. Q. crystallus. c. S. Q. roseum. d. S. Q. vulgare. e. S. Q. prasius (*Prasem.*) *c*). 15. S. corneus. 16. S. pyromachus. 17. S. chalcedonius. a. vulgaris. b. carneolus. 18. S. lithoxylon. (*Holzstein.*) *d*). 19. S. heliotropius. 20. S. chrysoprasus. 21. S. schistosus (*Kieselschiefer*) *e*). a. vulgaris. b. lydius. 22. S. obsidianus. (*Obsidian, isländscher Achat*) *f*). 23. S. catophthalmos. 24. S. Prehnites (*Prehnit*) *g*). 25. S. zeolithus. 26. S. lazulus.

Genus secundum. Argillacei.

Familiae et Species.

27. Argilla pura. 28. A. porzellanaris. 29. A. vulgaris. a. plastica. b. indurata. c. schistosa. 30. A. iaspis.

a) *Bergmännisches Journal* 1788. *pag.* 261. 1789. *pag.* 388.
b) *Ibid.* 1788. *pag.* 261.
c) WERNERS *Cronstädt I. pag.* 116.
d) *Bergmännisches Journal* 1788. *pag.* 289.
e) *Ibid.* 1788. *pag.* 292.
f) *Ibid.* 1789. *pag.* 389. KARSTEN museum Lesk. II. 129.
g) *Ibid.* 1789. *pag.* 389. *Schriften der naturforschenden Gesellschaft zu Berlin.*

pis. a. aegyptiacus. b. faſciatus. c. porzellaneus (*Porzellaniaſpis*) *h*). d. vulgaris. 31. A. opalus. a. nobilis. b. vulgaris. c. vilis (*Halbopal*) *i*). d. lithoxylon (*Holzopal*) *k*). 32. A. picea. 33. A. ſpatum adamantinum (*Demantſpath*) *l*). 34. Feldſpatum. a. vulgare. b. labradorienſe. c. lunare (*Mondſtein, Adularia*) *m*). 35. A. ſchiſtus. 36. A. ſchiſto-bituminoſa (*Brandſchiefer*) *n*). 37. A. aluminaris. (*Alaunerde*) *o*). 38. A. aluminaris ſchiſtoſa. a. vulgaris. b. nitida. 39. A. aluminaris tolfenſis. (*Alaunſtein*). 40. A. nigrica. 41. A. coticula. 42. A. tripolitana. 43. A. mica. 44. A. chlorites (*Chlorit*). a. terrea (*Samterde*) *p*). b. vulgaris. c. ſchiſtoſa (*Chlorithſchiefer*). 45. A. chalcolithus (*Chalkolit, grüner Glimmer*) *q*). 46. A. hornblenda. a. vulgaris. b. ſchiſtoſa. c. labradorienſis (*labradoriſche Hornblende*) *r*). d. baſaltica (*baſaltiſche H.*) *s*). 47. A. wacca *t*). 48. A. baſaltes. 49. A. laua. 50. A. pumex. 51. A. veronenſis (*Grünerde*). 52. A lithomarga. a. friabilis. b. indurata. 53. A. ſaponiformis (*Bergſeife*). 54. A. ochra (*Gelberde*) *u*).

h) KARSTEN muſeum Leskeanum II. 166.
i) KARSTEN l. c. 169. *Bergmänniſches Journal* 1788. *pag.* 489.
k) KARSTEN l. c. 170.
l) *Bergmänniſches Journal* 1789. *pag.* 390.
m) MORELL *II. Band des helvetiſchen Magazins von D.* HOEPFNER.
n) WERNERS *Cronſtädt I. pag.* 206.
o) *Bergmänniſches Journal* 1789. *pag.* 391.
p) *Ibid.* 1789. *pag.* 391.
q) *Ibid.* 1788. *pag.* 503.
r) *Ibid.* 1789. *pag.* 391.
s) *Ibid.* 1788. *pag.* 508. 1789. *pag.* 392.
t) *Ibid.* 1788. *pag.* 508. 853.
u) *Ibid.* 1788. *pag.* 521.

Genus tertium. Talca.

Familiae et ſpecies.

55. Talcum ſteatites *). 56. T. nephrites (*Iade*). 57. T. fullonum. 58. T. plaſticum (*Meerſchaum*) x). 59. T. medicinale (*Bol*). 60. T. ſerpentinus. 61. T. proprium. a. terreum. b. venetum. c. ollare (*Topfſtein*). 62. T. asbeſtus. a. ſuberiformis. b. amianthus. c. vulgaris. d. lignoſus (*Bergholz*) y). 63. T. Cyanites (*Kyanit*) z). 64. T. actinotus (*Strahlſtein*) a). a. asbeſtiformis. b. vulgaris. c. vitriformis.

Genus quartum. Calcarei.

Familiae et ſpecies.

A. *Calcarei aërati.* 65. C. lactiformis (*Bergmilch*). 66. C. creta. 67. C. marmor. 1. C. marmor denſum. a. vulgare. b. granulare (*Roogenſtein*). 2. C. marmor lamelloſum. a. granulare. b. ſpathum. 3. C. marmor radiatum ſ. ſtalactites. 4. C. marmor poſolithus. 68. C. ſchiſto-ſpathoſus (*Schieferſpat*) b). 69. C. ſpathum bruneſcens (*Braunſpat*) c). 70. C. ſuillus (*Stinkſtein*). 71. C. marga. a. friabilis. b. indurata. 72. C. ardeſia margacea. B. *Calcarei phoſphorati.* 73. C. apatites (*Apatit*) d). C. *Calcarei acido ſalis ſedativi ſatiati.* 74. C. boracites (*Boracit*) e). D. *Calcarei fluorati.* 75. C. fluor. a. terreus. b. denſus. c. ſpathoſus. E. *Calcarei vitriolati.* 76. C. gypſum. a. terreum. b. denſum. c. lamelloſum. d. fibroſum. 77. C. ſelenites (*Fraueneis*).

Genus

*) KARSTEN muſeum Lesk. II. 213.
x) WERNERS *Cronſtädt I. p.* 191. *Bergmänniſches Journal* 1789. *pag.* 392.
y) *Bergmänniſches Journal* 1789. *pag.* 393.
z) KARSTEN muſeum Leskeanum II. 229.
a) *Bergmänniſches Journal* 1789. *pag* 399.
b) *Ibid.* 1789. *p.* 187. KARSTEN muſ. Lesk. II. 272.
c) *Bergmänn. Journ.* 1788. *pag.* 189. KARSTEN l. c. 275.
d) *Bergmänn. Journ.* 1788. *p.* 76.
e) *Ibid.* 1789. *pag.* 393.

Genus quintum. Ponderosi.
Familiae et species.

78. P. Whiterites *f*). 79. P. vitriolatus. a. – friabilis. b. – densus. c. – lamellosus *g*). d. – testaceus *h*). e. – bononiensis.

Classis secunda. Salia.
Genus primum. Vitriola.

80. V. metalliferum natiuum. 81. V. halotrichum (*Haarsalz*). 82. V. alumen butyraceum (*Bergbutter*). 83. V. epsomense natiuum.

Genus secundum. Nitrosa.

84. N. vulgare natiuum.

Genus tertium. Muriatica.

85. Muria sal fossile. a. lamellosum b. fibrosum. 86. M. ammoniaca natiua.

Genus quartum. Alcalina.

87. Alc. minerale natiuum.

Classis tertia. Inflammabilia.
Genus primum. Bitumina.

88. B. naphtha. 89. B. petroleum. 90. B. asphaltum. a. tenax. b. terreum. c. scoriaceum. 91. B. lithanthrax. a. metallice nitens. b. piceus. c. schistosus. 92. B. spissexylon. a. vulgare. b. terreum. 93. B. succinum. a. album. b. flauum. 94. B. meliedites (*Honigstein*) *i*).

Genus secundum. Sulphura.

95. Sulphur natiuum. a. vulgare. b. vulcanicum.

f) KIRWANS *Mineralogie pag.* 61.
g) *Bergmännisches Journal* 1789. *pag.* 227.
h) *Ibid. pag.* 228.
i) KARSTEN museum Lesk. II. 334.

Genus tertium. Graphites.

96. Graphites (*Reißbley, Plumbago*) k).

Classis quarta. Metalla.

Genus primum. Platinum.

97. P. natiuum.

Genus II. Aurum.

98. A. natiuum. a. obryzum. b. electrum. c. platiniferum. 99. A. mineralisatum nagyacense.

Genus III. Hydrargyrum.

100. H. natiuum. 101. H. argentatum (*Natürliches Amalgama*). 102. H. mineralisatum corneum. 103. H. mineralisatum hepaticum (*Quecksilber-Lebererz*). a. densum. b. schistosum. 104. H. cinnabaris. a. vulgaris. b. vermicula.

Genus IV. Argentum.

105. A. natiuum. 106. A. nagyacense. 107. A. arsenicale l). 108. A. mineralisatum corneum. 109. A. fuliginosum (*Silberschwärze*). 110. A. mineralisatum nitidum. 111. A. mineralisatum nigrum. 112. A. mineralisatum rubrum. a. obscurum. b. lucidum. 113. A. mineralisatum album m).

Genus V. Cuprum.

114. C. natiuum. 115. C. nitidum. a. densum. b. lamellosum. 116. C. mineralisatum variegatum. 117. C. mineralisatum pyritaceum. 118. C. mineralisatum album. 119. C. mineralisatum chalybeum (*Fahlerz*) n). 120. C. ochraceum fuliginosum. 121. C. ochraceum rubrum. a. densum. b. lamellosum. c. plumosum (*Kupferblüthe*). 122. C. ochraceum

k) Ibid. l. c. pag. 339.

l) *Sammlung zur Physik und Naturgeschichte* I. 4. pag. 454.

m) KARSTEN museum Leskeanum II. 386.

n) Ibid. II. 406.

ceum lateritium a. terreum. b. induratum. 123. C. ochraceum azuleum. a. terreum. b. radiatum. 124. C. ochraceum malachites. a. ſetaceus. b. vulgaris. 125. C. ochraceum chryſocolla (*Kupfergrün*). a. terreum. b. ſcoriaceum. 127. C. ochraceum oliuaceum (*Olivenerz*) o)

Genus VI. Ferrum.

128. F. natiuum. 129. F. mineraliſatum pyrites. a. vulgaris. b. radiatus (*Strahlkies*). c. hepaticus (*Leberkies*). d. capillaris (*Haarkies*). 130. F. mineraliſatum magnetico-pyritaceum. 131. F. Magnes *). a. vulgaris. b. glareoſus (*Eiſenſand*). 132. F. ochraceum ſpeculare. a. vulgare. b. micaceum. 133. F. ochraceum rubrum. a. inquinans (*Rother Eiſenrahm*). b. denſum. c. haematites. d. terreum. 134. F. ochraceum brunum. a. inquinans (*Brauner Eiſenrahm*) p). b. denſum. c. haematites. d. terreum. 135. F. ochraceum ſpatiforme. 136. F. ochraceum argillaceum. a. ſcapiforme. b. lenticulare. c. rubrica. d. vulgare. e. reniforme. f. piſiforme (*Bohnenerz*). 137. F. ochraceum ceſpititium. a. paludinare. b. pratenſe. 138. F. ochraceum coeruleum. 139. F. ochraceum viride. 140. F. ochraceum ſmiris. 141. F. ochraceum piceum (*Pechblende*).

Genus VII. Plumbum.

142. P. mineraliſatum Galena. a. vulgaris. b. Plumbago. 143. P. mineraliſatum coeruleum. 144. P. mineraliſatum brunum. 145. P. ochraceum album. 146. P. ochraceum viride. 147. P. ochraceum nigrum. 148. P. ochraceum rufum. 149. P. ochraceum flauum. 150. P. ochraceum argilliforme citrinum.

o) *Bergmänniſches Journal* 1789. *p.* 395. *Beobacht. u. Entd. der Geſellſch. naturf. Fr. zu Berlin I.* 160.

*) KARSTEN muſ. Lesk. II. 442.

p) Ibid. II. 459.

num. a. friabile. b. induratum. 151. P. ochraceum argilliforme griſeum. a. friabile. b. induratum. 152. P. ochraceum argilliforme rubrum.

Genus VIII. Stannum.

153. St. mineraliſatum pyritaceum (*Zinnkies*) *q*). 154. St. ochraceum androgyneum. 155. St. ochraceum cornubienſe *r*).

Genus IX. Wiſmuthum.

156. W. natiuum. 157. W. mineraliſatum galenare. 158. W. ochraceum.

Genus X. Zincum.

159. Z. mineraliſatum Blenda. a. flaua. b. bruna. c. nigra. 160. Z ochraceum Calamina.

Genus XI. Antimonium.

161. A. natiuum. 162. A. mineraliſatum griſeum. a. denſum. b. lamelloſum. c. radiatum. d. plumoſum. 163. A. mineraliſatum rubrum. 164. A. mineraliſatum album *).

Genus XII. Cobaltum.

165. C. mineraliſatum chalybeum. 166. C. mineraliſatum nitidum. 167. C. ochraceum nigrum. a. friabile. b. induratum. 168. C. ochraceum brunum. 169. C. ochraceum flauum. 170. C. ochraceum rubrum. a. radiatum. b. terreum.

Genus XIII. Niccolum.

171. N. mineraliſatum cupreum. 172. N. ochraceum.

Genus

q) *Beobacht. u. Entd. der Geſ. naturf. Fr. z. B. I.* 155. 169.
r) l. c. 152. et 162.
*) KARSTEN l. c. 543.

Genus XIV. Magnesium.

173. M. ochraceum chalybeum. 174. M. ochraceum nigrum. 175. M. ochraceum rubrum.

Genus XV. Molybdaenum.

176. M. galenare (*Wasserbley*) s).

Genus XVI. Arsenicum.

177. A. natiuum. 178. A. mineralisatum pyritaceum. a. vulgare. b. argentiferum. 179. A. ochraceum rosigallum. a. flauum. b. rubrum.

Genus XVII. Scheelium (*Scheel*).

180. S. ochraceum album (*Tungstein, weiße Zinngraupen*). 181. S. spuma lupi.

IV.

Giornale per servire alla storia ragionata della medicina di questo secolo, Tom. IV. Venet. 1787. 4. pagg. 543. c. tab. aen.

i. e.

Diarium inseruiens historiae ratiocinanti medicinae huius seculi Tom. IV.

Praeter iam recensita breuiterque indicata scripta insunt: 1. *Obseruationes microscopicae de variis* p. 1.
speciebus polyporum aquae dulcis, et de rotiferis d. 6. Nou. 1786. ex Coneliano a MICH. COLOMBO *missae ad D.* IO. NARDVM *med. Vazzol. Italice script.* a) De animalculis arbusculam colore margaritae imbutam, filisque longitudinalibus quasi conuolutam formantibus fusius, quam SPALLANZANI *). Ea aculeos p. 6.
ore, cuius centrale foraminulum interdum tantum p. 176.
viderit, fig. I. 1.

s) Ibid. II. 564.

*) in opusculis physicis anim. et vegetab. regn.

fig. I. 2. viderit, clauſo dum retrahant, ad marginem diuergen-
tes, aperto dum proferant, coronae ad inſtar exhibe-
re, rapideque agitare; campanas eorum, antequam
in ſeparatione ſua a trunco os claudant, ſubtili cir-
fig. I. 3. cumdari funiculo, circum quem paruulorum filorum
corona ore ſemiclauſo lentiſſime, facta ſeparatione
fig. I. 4. rapidiſſime moueatur; easdem in multiplicatione ſua
p. 9. figuram in pirum longiuſculum, tum ſenſim in ſphae-
fig. I. 5. 6 ram, primum in medio anteriori ſulcatam, dein in
fig. I. 7. 8 globulos contiguos duos, inde in tot paruula pira, vni
p. 10. pedunculo affixa; nouasque tandem, ſibi ipſis pedun-
p. 42. culos parientes, campanas formantia, mutare; eas-
dem ſponte, non autem ſtudio, ſeparatas ſemper
formare nouas arbuſculas, et modo tardius, modo
p. 43. citius, interdumque vix formatas a trunco iterum
p. 47. ſecedere. b) De aliis, quorum campanae breuiores,
fig. 2. ſtrictioresque os habeant corpore vix aliquantum la-
tius, et quae forment arbuſculam minorem, verae ar-
bori ſimiliorem, ſubflauam, filis non conuolutam, ra-
mos non ex vna regione emittentem, lentiusque ſe
p. 87. dilatantem. c) De polypis floccoſis, a ſimilibus TREM-
fig. 3. BLEYI et SPALLANZANI differentibus, ſpontanea
p. 88. campanarum in diuiſione ex rotundis inaequaliter
longarum, in ſeparatione bulboſarum factarum dila-
fig. 3. 1. tatione, hancque vix finitam ſubito inſequente con-
tractione, eas ore clauſo ſemibreuiores et craſſiores
reddente; aculeis dilatatione vix finita ab interiori
oris vel motis, vel conuergentibus et immobilibus,
perpetua tandem trunci, ramorum et pedunculorum
alborum immobilitate. d) De ſimilibus ſed minori-
bus polypis faſciculatis, qui breuiſſimis pedunculis
aliis riuorum animalculis limacumque teſtae coniun-
p. 128. ctim; ſeiunctim vero iisdem inſideant; caudae corpo-
re bis terue longiores et conuolutae; e) minimae
p. 126. ſpeciei campanarum, quarum caudae, quum in diui-
ſione vna priori pedunculo affixa maneat, altera no-
vum

vum ſibi pariat, ſint ſeparatae, ſubtiliores, ſeque in contrahendo non ſuper ſe ipſas reflectant, multos contra ſibi aequales gyrulos faciant. f) De harum p. 125.
campanarum tribus adhuc ſpeciebus radiculis lentis, inprimis aliquantum corruptis, copioſe et coacervatim incumbentibus. Caudas maioris, craſſioris, mi- p. 127.
nus pellucidae, veſiculis confertae, campanas aeque amplas et ore lato proditas ferentis, corpore ſe vna vice retrahente ſexies; eas minoris et plerumque ſo- p. 128.
litariae decies, caudarum mediae vero alias quinquies longiores, alias campana breuiores animaduerti. Haec omnia lente 96. vicibus, et ſi diſtinctius contemplari voluerit, aliis ad 400. vſque gradus augentibus perluſtrauit. g) De rotiferis, ex capſa ſua ſurſum amplio- p. 169.
ri, et ex globulis, quorum quilibet ſex aliorum cen- p. 165.
trum exiſtat, compoſita primum timide duo tantum fig. 5.
cornua proferentibus, tum ſenſim membranaceos p. 166.
quatuor arcus vel ſemirotas ſecum communicantes fig. 6.
explicare, pro harum in rotando quieſcentium vario p. 167.
ſitu et directione varie agitari duos dentium ordines, in margine, ſub quo faſciola concentrica appareat, collocatos; cibi recipiendi et transferendi gratia ſub p. 168.
rotis poſitum eſſe aliud organon, pro vario animalculorum ſitu varias induens figuras, explicatis rotis tantum et perpetuo oſcillans, ſemel ſe vidiſſe rotiferum, p. 170.
quod duas tantum rotas vel potius vnam oblongam, in medio depreſſam, in peripheria verſus oris centrum incuruatam, dentibusque rarioribus, craſſioribus, diſtinctioribus ornatam explicuerit; rotifera capſam non dereliquere, in eam aqua priuata redire, et perire, nec aqua iis reddita reſurgere; an ſibi ipſis eam p. 171.
pariant et quomodo propagentur, incertum eſſe; ſe vero nulla reperiſſe ouula in aquam depoſita. h) De p. 174.
teſta ea dictorum rotiferorum minori, illis k et l fig. 9.
maiori, oblonga, in medio ampla, in extremis ſibi aequalibus et perforatis anguſtiori, vinoſo flaua, ſtriis

longi-

longitudinalibus externe insignita, vno extremo radici plerumque ad perpendiculum per integrasque horas et dies immobiliter inhaerente, postea lente per aquam sursum deorsumue, non multum tamen procul a radice ita mota, vt in regrediendo extremum, quod antea anterius, posterius euadat, nullum vero animalculum partem proferre, nec in eo, licet semipellucido, detegi. Hanc testam et rotifera lente a 110. ad 300. vsque gradus augente, lente autem a 150. ad 700. vs-
p. 89. que gradus augente sequentes intuitus est. i) Campanas
fig. 4. conicas, vinoso flauas, quarum vna vel duae vni bis, vel magis, longiori pedunculo, vel vnica cuilibet duorum triumue arbusculae ramorum adhaereat. Quas vno tantum die sponte se mouentes num ad polypos referre queat, dubius est, quum motus iste ab aliis superpositis infusoriis, vel materiae corruptae fragmen-
p. 172. to produci potuerit. k) Testam illa rotiferorum ter breuiorem, quater angustiorem, laeuem, integram, pellucidam: Quam occupare modo vnum, modo duo, quorum vnum prae alio procedat, animalcula,
fig. 7. sese attenuando prodeuntia et coronam filorum agitantia, quae disiuncta postea appareant circum marginem, extrema dilatata cingentem, multumque pro-
p. 173. minentem; l) testam oblongam deorsum ampliorem,
fig. 8. vel mediante pedunculo, vel immediate adhaeren-
p. 174. tem, ex qua animalculum modo tantum partem emittat, modo et aculeos proferat, ac agitet. Testas k. et l. interdum etiam illarum rotiferorum parietibus
p. 175. inhaerere. Non omnes riuulos, nec eosdem omni tempore largiri haecce animalcula, frustra enim in iis, in quibus decem vel quindecim ante diebus re-
p. 47. perta fuerint, fuisse quaesita. In transitu regni vegetabilis in animale explicando cum DAVBENTONO non
p. 81. ad organorum copiam, sed ad eorum dispositionem respiciendum animalque, quod in organisatione sua aliquid organisationi vegetabilium essentiale coniungat,

gat,

gat, ad vtrumque regnum referendum esse, omnibus
animalibus, etiam taeniae, cuius quatuor papillae pro
vnius oris prolongationibus habenda sint, vnicum os
esse, num vero arbusculae illae animales etiam vege- p. 84.
tabilium more nutriantur, ex institutis experimentis
sufficienter non elucescere, alia igitur esse instituenda. p. 86.

2. PORTALI *Obss. de structura et alterationibus* p. 11.
glandularum pulmonum cum animaduersionibus in naturam nonnullorum symptomatum phthisis pulmonalis; ex act. acad. r. sc. ann. 1780. *Gall. script.* Comprobare
annititur, glandulas bronchiales, quarum volumen
increscente aetate non decrescat, structura vero cum
illa renum succenturiatorum conueniat, reliquo pul- p. 12.
mone perfecte sano laedi, indeque phthisin enasci p. 13.
posse, exemploque docet, vagi ramis a pulmone laeso p. 15.
compressis dolores in abdomine aliisque locis sine
horum laesione oriri; vt et experimentis in viuis animalibus factis, istorum ramorum irritatione vocem
auctiorem, compressione raucam reddi vel supprimi. p. 16.

3. PORTALI *Tr. de apoplexia eiusque causis, ex Act.* p. 49.
R. Acad. sc. Paris ann. 1784. *Gallice script.* Dissectorum apoplexia denatorum, aliisque exemplis demonstrat, nullam esse apoplexiam serosam, nisi sanguineae
effectum, in omni igitur apoplexia venaesectionem
necessariam. Recensens, Cl. PANZANI non consentit p. 51.
et ostendit, veteres non omnes apoplexiae sanguineae p. 57.
medendi methodum in serosa nociuam censuisse, pallorem faciei, quia apoplexiam plerumque praecedat,
spumamque oris frequentius, quam PORTALVS pu- p. 58.
tet, occurrere, caussam denique, cur venaesectione
omissa emetica in apoplexia inutilia sint, esse inertiam
musculorum imi ventris, quorum actio a voluntate
pendeat.

4. G. B. MARZARI *epistola ad* F. TRIVISANVM p. 62.
de vsu lacertarum in medicina. Italice script. Confir- p. 66.
matur quidem earum aeris alcalina stimulans et re-
soluens

p. 65. ſoluens virtus in morbis ab alcalino principio immi-
p. 64. nuto vel deſtructo ſanandis efficax, iudicatur autem illa viperarum non ſuperior, nec vere ſpecifica, et in
p. 68. vero ſcirrho et cancro vtique noxia, in lue venerea virtute decocti lignorum maior, mercurialium vero minor.

p. 90. 5. PANZANI *hiſtoria ratiocinans morborum, qui anno* 1786. *graſſabantur, inſeruiens cognitioni conſtitu-*
p. 93. *tionum epidemicarum. Italice ſcript.* Harum obſeruationum centrum quaſi eſt Piranum, vrbs Iſtriae Venetae, (cuius breuis topographia praemittitur) quae in rupe montium, qui in meridionali et occidentali ſinuum illum Tergeſti componentium parte ſenſim in mare deſcendunt, ſalubriter collocata eſt; in ea enim per decennium morbos tantum accidentales ab epidemica conſtitutione ortos, chronicosque aut ab epidemica praediſpoſitione, aut caſu, aut cuiusdam organi vitioſa ſtructura enatos obſeruare licuit. Tria tantum perluſtrantur trimeſtria, hyemale, vernale et aeſtiuum, adductis ſimul meteorologicis obſeruationibus, promittiturque obſeruatio-
p. 95. num iſtarum continuatio. Febres tertianae ſimplices et duplicatae Nouembri ex calido et ſicco frigido et humido facto aëre in quartanas vel quotidianas mutatae ſunt, acceſſeruntque rheumatiſmi, tuſſis et dyſen-
p. 98. teria. Initio hyemis, quo tepidus aër et nebuloſus cum ſicco, frigido, ſerenoque, placidique venti cum procelloſis iuſto modo ſenſim commutabantur, ortae
p. 100. ſunt febres continuae remittentes leuiores. In his
p. 101. venaeſectionem et emetica raro eſſe neceſſaria; clyſmatum copioſum vſum nocere, ſic et acidorum, quae inflammabile ad morboſam materiam reſoluendam neceſſarium nimis deſtruendo morbum protrahant,
p. 102. chronicosque pariant; glaciem vero ſudore et ardore
p. 103. vrgente proficuam eſſe; excretiones denique alui ſubflauas, quum a pinguedine reſorpta et bile hepati-

ca commixta oriantur, purgantibus et oleoſis perpe-
ram tractari. Quarto die acceſſiſſe his febribus ery- p. 138.
ſipelas et parotides. Illud tres robuſtos in eorum p. 139.
ſalutem etiam ſine febre aggreſſum eſſe, varias, in-
primis inferiores, corporis partes occupaſſe, ab his
ſenſim ad ſuperiores in ſenibus progreſſum eſſe, nec
contagioſum, nec niſi in vnico ſene, in quo vertebra p. 140.
dorſi carioſa facta, phlegmone et ſuppuratione con-
iunctum fuiſſe, Februario rigidiori ſenſim ceſſaſſe, in p. 142.
eoque, quum a pinguedine magis alcalina et cauſtica
facta obortum fuerit, acida dilutiſſima externe appli-
cata multum profuiſſe. Frequentiores fuiſſe paroti- p. 143.
des, pueris moleſtas, ſi febribus illis acceſſerint, ſe-
dem non mutaſſe, ſi ſingulari quinto die ceſſante fe-
bre coniunctae fuerint, modo ad primas vias, modo, p. 145.
et tum chronicas magis, ad pudenda tranſiiſſe, inter-
dum etiam totum ſyſtema lymphaticum intumuiſſe.
In hoc morbo telam celluloſam glandulas ambientem
vere inflammari, eumque non a perſpiratione ſup- p. 146.
preſſa, ſed ab abundante lympha, quadamque atmo-
ſphaerae conditione pendere, nec periculoſum, nec
contagioſum eſſe, ſudoris enim critici inſitionem in
quatuor, horumque duobus bis, tentatam fruſtraneam
fuiſſe. Initio Decembris ex Germania ad Piranenſes p. 147.
tranſiiſſe tuſſim conuulſiuam, et in Iſtria maritima ae- p. 148.
ſtate et autumno adhuc ſaeuiiſſe, aegros ea per tri-
meſtre fuiſſe affectos, paroxyſmis ſenſim rarioribus, p. 149.
et febre raro nulla, ſaepius quatriduana leui, nullaque
criſi inſigni. Eandem, vere contagioſam, lactantibus p. 150.
ſaepe, iis vero, qui triennes iam et ſani, nunquam fu-
neſtam fuiſſe. Eius cauſam in quadam aſperae arte- p. 151.
riae laryngisque irritatione quaerendam eſſe, meden-
di vero methodum, modumque, quo pinguium, aci-
dorum, vinique abſtinentia, cibique parcus vſus morbi
atrocitatem imminuat, adhuc latere. Impetuoſum p. 177.
meſis flatum noctu quinti Ianuarii humidum ſubito in
ſiccum

p. 178. ſiccum et frigidum aërem mutaſſe, poſtridie tamen vul-
turno flante omnia iterum regelata eſſe, meſen vero per
reliquum Ianuarii vere hyemale et ſiccum cum aliis
ventis alternaſſe. Nocturnae illi repentinae viciſſi-
tudini deberi morbos, vere phlogiſticos, non tamen
contagioſos raroque letales, qui priores illos verſus
p. 182. dimidium Ianuarii ſimul ceſſantes exceperint, et ad
p. 183. Aprilem vſque, eorumque reliquiae per octo menſes,
vel vltra annum durauerint; gaſtritidem nempe, quae
leuiſſima, et enteritidem, vel iliacam, rariorem, ſed
p. 184. grauiſſimam, vel colicam, periculi gradu mediam. In
iliaca vomitum ſtercorum ob coli valuulam impoſſi-
bilem, nec vnquam rite diſquiſitum eſſe, fingique ab
p. 185. alimentis indigeſtis, et cum bile cyſtica vel et ſangui-
ne phlogiſtico per os eiectis. Colicae ſedem in colo
p. 186. potius quam coeco eſſe, quippe quod nullas veras
faeces contineat, paucisque neruis inſtructum ſit,
p. 191. eamque raro cum febre coniunctam eſſe. Hanc enim et
inflammationem in hisce morbis pro partiali tantum
habendam, eorumque cauſam non bilem, gaſtricos-
que ſuccos deprauatos, ſed ſolum in inteſtinis abun-
p. 193. dans phlogiſton arguendum eſſe. Purgantia anti-
phlogiſtica gaſtritidem penitus, enteritidem vero non
niſi ſudore vniuerſali praegreſſo tollere; vomitum
in tribus enteritide iliaca grauiſſime affectis nonniſi
octo mercurii viui vnciis ſimul deglutitis ſuperari
potuiſſe, huiusque et maiorem doſin propinari poſſe.
p. 212. Eidem illi viciſſitudini, phlogiſtoque, quod inde iuxta
oſtia arteriarum et in tela celluloſa haeſerit, tribuen-
dos eſſe rheumatiſmos et arthritides, vna cum illis
morbis graſſantes, ſaniſſimosque et robuſtiſſimos
p. 213. prae aliis afficientes. In his venaeſectionem ante
quartum diem neceſſariam, eius abuſum vero, deco-
p. 214. cta lignorum, calces foſſiles et animales, aliaque noxia
eſſe, ſola rhabarbarina, aloëtica, ſalia media, et potum
p. 215. aquoſum copioſum prodeſſe. Februario frigus et
ſereni-

ſerenitatem coeli ſummam, aquilonisque impetum
continuum, inde plethoram auctam; ſolemnioresque p. 217.
fuiſſe et ſaniſſimos potiſſimum male habuiſſe morbos
acutos inflammatorios, inprimis peripneumoniam, et
pleuritidem, vt et ſubitas mortes, combuſtioni et cal- p. 219.
cinationi ſimiles. In vno iam altero die mortuo p. 223.
praeter alias corporis partes etiam pericardium, vaſa-
que maiora cum corde ipſo gangraena affecta reperta
fuiſſe. Peripneumoniae ſedem non in ramulis arte- p. 257.
riae pulmonalis, venoſum ſanguinem ferentibus, ſed
in extremis arteriae bronchialis puriſſimum et rareſa- p. 259.
ctum arterioſum ſanguinem, qui ſolus inflammari
poſſit, vehentibus, et circum glandulas mucoſas ac
lymphaticas pulmonum eſſe collocandam, indeque p. 261.
multiplices partium thoracis aegritudines explican- p. 264.
das; icterum peripneumoniae vel pleuritidi quarto
die non raro accedere, vniuerſalisque phlogoſis cer-
tiſſimum ſignum eſſe; ſputa, haemorrhagias, ſudores, p. 266.
aliaqua critica phaenomena, quae in peripneumonia
ſaepe fallant, et ex parte tantum iuuent, quinto, no-
no, raro decimo die contingere. In hisce morbis p. 268
venaeſectionem, niſi ſtatim primisque tribus diebus p. 270.
adhibeatur, mortem quidem inferre; ſeptimo tamen
die iam elapſo, ſi criſis impedita, vel inflammatio de-
nuo aucta, proficuam eſſe poſſe: non autem toties p. 271.
repetendam eſſe, quoties in ſanguine miſſo cruor in-
flammatorius reperiatur, qui vitalitatis effectus, et in
robuſtis, rigidaque fibra praeditis prae ceteris mani-
feſtus ſit. Nec pedis venas, quae minorem habeant p. 272.
diametrum, quarumque ſectione facta impulſus ſan-
guinis in arterias bronchiales, indeque ipſe morbus
augeatur, nec iugulares, ſed ſolas brachii venas eſſe
ſecandas. Vernali trimeſtri quidem, ſi principium in- p. 305.
flammabile ſenſim ex corporibus ſecedat, paulatimque
calor ille ſenſilis oriatur, qui illo animalium calidi ſan- p. 308.
guinis ſuperior, eo animalium frigidi ſanguinis inferior

p. 309. iudicandus ſit, morbos primum inflammatoriam indo-
p. 310. lem retinere, ſenſim vero leuiores fieri, et Maio cum fe-
bribus continuis remittentibus, ſynochis, leuibusque
intermittentibus commutari; id vero, ſi ver vel ex-
p. 311. eunti hyemi, vel ineunti aeſtati vel autumno ſimilior
ſit, aliter ſe habere. Ita Martium anni, de quo agi-
tur, in initio fuiſſe ſiccum et calidum indeque orga-
p. 358. na ſecretoria magis relaxata, frequentioresque catar-
rhos. Frigore autem cum ventis humidis et procel-
loſis ſubito inſequente organa illa fuiſſe conſtricta,
p. 359. phlogiſti eo maiorem copiam retentam, quo plus vo-
latilis ſanguineae partis cum halitu euolauerit, angi-
namque eo periculoſiorem obortam, quo propiores
fuerint laeſae partes aortae. Hanc, quae hyeme ſo-
lennior ſit, ruſticis interdum letalem fuiſſe, et in locis
maritimis ad Maium, in montanis ad Iunium vſque
p. 360. ſaeuiiſſe. In hac brachii, tum demum pedis, non
autem raninas venas ſecandas eſſe, his enim ſectis
non multum cruoris obtineri, phlogiſtique affluxum
augeri: in eadem prodeſſe vaporum aquoſorum in-
p. 362. halationem, nocere gargariſmata. In angina laryngis
tracheotomiam inter quartum et quintum tracheae
annulum ſuſcipiendam eſſe, poſſe autem ob ſciſſa va-
gi filamenta imperfectam relinquere aphoniam. Apri-
lem fuiſſe mediocriter calidum, valde ſiccum, ventis-
que non inſignem; Maium primum magis autumna-
p. 401. lem, tum admodum calidum. Ex Germania in Iſtriam
Auſtriacam, et ex hac Ianuario exeunte in Venetam
et ad Piranenſes, tardius vero ad loca parciorem mer-
caturam facientia, imo ad nonnulla fine aeſtatis vel
p. 407. autumno translatos fuiſſe morbillos, Ianuario et Fe-
bruario ſolis infantibus non vltra nouem dies mole-
p. 408. ſtos, Martio periculoſiores et adultis infeſtos, inde
ad Iulium vſque omnem aetatem crociter aggredien-
tes, aegrisque ab aliis morbis vix liberatis letiferos,
tum

tum ſtatim mitiores, et ſola febre quinqueduana eru-
ptionis experte ſeſe manifeſtantes. Eos non fuiſſe
recidiuos, et in iis quarto, rarius quinto die profuſiſſi-
mum et vegetabilium maceratorum ad inſtar olentem
ſudorem cum conuulſionibus acceſſiſſe, maculasque p. 410.
obſcure rubras liuidasque praenuntiaſſe dyſenteriam,
iis, qui ante morbillorum ingreſſum aliis phlogiſticis p. 411.
morbis laborarunt, per tres quatuorue menſes mole-
ſtam. Lacrymas morbillis affectorum bis ita felici- p. 409.
ter inſitas eſſe, vt octauo die poſt febris mitiſſima et
cum parco faucium dolore tuſſique et ſine vomitu ac
diarrhoea oborta fuerit. Pertinere morbillos ad mor- p. 412.
bos contagioſos acutos, non inflammatorios, ſed col-
liquatiuos, in quibus miaſma ſibi affinem animalem
mucum fundat, febris ab humorum attenuatione, et p. 415.
ſucceſſiua principii ſpirabilis humoribus iam admixti
euolutione pendeat, et epidermis ab humoribus his
reſolutis principioque inflammabili volatili et alcalino
erodatur, et quaſi comburatur. Non improbabile p. 417.
eſſe, quod morbilli cuidam catarrhali zonae torridae
febri originem ſuam debeant. In omni huius morbi, p. 451.
in quo parca venaeſectio ante quartum diem inſtitua-
tur, ſtadio nocere diaphoretica, iuuare aquam frigi-
diſſimam immenſa copia, aegroque ſimul obtecto,
hauſtam, martialia vero, ne ſpaſmos producant, aliis p. 454.
tonicis admiſcenda eſſe. Exanthematis morbilloſi p. 456.
loco prima Aprilis ſeptimana vehementiorem et vltra
menſem durantem tuſſim adultos infeſtaſſe, poſteriori
vero Maii dimidio puſtulas miliares, vel maculas ery- p. 457.
ſipelaceas veſiculares ſero turbido vel cruento, vel
pellucido et acri plenas infantibus letales fuiſſe. Pro- p. 454.
babile eſſe, quod in epidemia varioloſa valde diffuſa
ii rurſus inficiantur, qui antea iam variolis aegrotaue-
rint. Martio praeterea aſthmaticorum, phthiſico- p. 455.
rum et epilepticorum ſymptomata grauiora fuiſſe,
apoplexiamque, quae exeunti Octobri propria, in qua- p. 313.

tuor fenibus occurriſſe. Eiusdem menſis initio peri
pneumoniam grauiſſimam, ſine leuiorem fuiſſe. Eo
dem, vt et primis Maii diebus haemorrhagias et ab
ortus frequentiores fuiſſe, illasque aëre leui, non ela
ſtico, humido et calido, Auſtroque praedominante
p. 455. non autem contraria tempeſtate, contingere. Eoden
et poſteriori Maii dimidio hyſtericas grauius fuiſſ
affectas. Eodem et Aprili hemicraniam fuiſſe fre
quentem, febribusque intermittentibus eos, qui vi
autumno ab iis liberati fuerint, denuo vexatos, tertia
p. 457. nas vernales vero inprimis poſteriori Maii dimidi
p. 456. regnaſſe. Anginam, eryſipelas, rheumatiſmos prim
p. 497. Aprilis ſeptimana fuiſſe grauiſſimos. Eosdem morbo
cum gaſtritide, enteritide, morbillis, ſpaſmis, maloque
hyſterico per totam adhuc aeſtatem, Iulioque et ſe
quentibus duobus menſibus febres intermittente
ideo frequentes fuiſſe, quod aeſtate aër non ſatis de
phlogiſticatus, corpora vere tam irregulari non rit
depurata, totaque aeſtatis conſtitutio vernali ſimilio
fuerit. Aeſtiuum illum morbum, choleram ſcilicet
iam Aprili et Maio quosdam affligentem, ad dimidium
p. 499. Iunii vſque ſaeuiiſſe. Eam febri carere, hanc tamen
illi iam ſuperatae, licet non ſemper, accedere, et in
terdum per paucas tantum horas, ſaepius per qua-
tuor, raro per ſeptem dies diutiusue durare; fuiſſe
p. 500. eam in Auctoris aegris regularem ſimplicem tertia-
nam et leuiſſimam, Eiusdem experientia vero alio-
rum obſeruationem de cholera omni triduo eadem
ſymptomatum grauitate redeunte non confirmari.
p. 506. Solam cholerae cauſam eſſe bilem cyſticam peccan-
tem non quantitate, ſed cauſtica ſua qualitate, ita orta,
p. 501. vt principio inflammabili non ſatis diſſipato oleum
p. 502. animale aquoſis, gelatinoſis, mucoſisque ſuis particu-
p. 506. lis deſtitutum, et quaſi eſſentiale factum fuerit. Mor-
bum denique iſtum ſaepe tolli ſola aqua frigida, quam
p. 499. aegri vehementer appetant. De dyſenteria ab Au-
guſto

gusto ad medium vsque Nouembrem grassante agere p. 508.
Capouillae scriptum *), proximoque anno fore loquendi occasionem.

6. *Promtuarium societatis Batauae Harlemensis* p. 104.
Vol. XX. anno 1785. *Batau. script. rec. a* PANZANI.
YPEY *de respiratione.* Magno eius in vitam animalem influxu exposito demonstratur, neonatos, qui pauca p. 108.
per minuta respirauerint, per nouam submersionem ideo suffocari, quod nouo ex arteria pulmonali per sociam venam ad cor currente, sanguinemque, qui ex dextro ventriculo ad sinistrum tendit, reprimente p. 109.
flumine quasi denuo submergantur, et ductu arterioso, in quem sanguis ille repressus abire cogatur, tantam eius copiam capere non valente circulatio intercipiatur. Haec vero in submersis adultis, quibus ductus ille foramenque ouale adhuc patent, intercepta quo minus mortem inferat, robustiorem eorum structuram impedire. MEER, *chirurgus Delphicus, de* p. 205.
calculo vrinario, magnum gallinae Indicae ouum aequante, firmissimo, vnciasque vndecim ponderante, sectione laterali facta, feliciter extracto. Cl. PANZA- p. 207.
NI, laeuitatem calculi, peluisque amplitudinem iuuisse, aliter enim apparatum altum praeferendum fuisse, monet.

7. *Acta mathematica et physica societatis Italicae* p. 109.
Tom. III. 4. *Veron.* 1786. *Italice script.* Traditis legibus societatis, membrorumque eius nominibus Ill.
LORGNA primum loquitur *de origine natri, s. alcali* p. 110.
marini natiui. Animaduertit in nonnullis moenium Veronensium subterraneis alcali purissimum, hoc or- p. 111.
tum esse intellexit ab animalibus marinis argillae sub- p. 112.
terraneorum immixtis; simul autem in hac argilla, vt et in testis animali destitutis, detexit vestigia acidi marini latentis, non autem natri. Quod liberum p. 113.
tantum esse in testaceis et piscibus marinis viuentibus,

*) p. 70. huius recens.

inter hos igitur et piſces aquae dulcis verum conſtituere diſcrimen, illisque vere eſſentiale eſſe, ſolis ipſorum viribus vitalibus ex priori ſua combinatione euolutum, et propriae eorum ſubſtantiae vnitum. Natro
p. 114. iſti ſemper et coniunctam reperit magneſiam mediae inter puram terram et alcali marinum indolis. Detecta hac magneſiae, alcali mineralis, acidique marini latentis in animalibus marinis exiſtentia ſalſedinem maris multum illuſtrari. Salia aquae marinae, quae gelatinae animalium putrefactione diſſoluta eſt, vnita
p. 115 formare ſaporem, qui ignem in ſe contineat, lucemque maris efficiat. Commixtis, parumper humidis, ſaepeque agitatis pene duabus vitrioli martialis partibus, vnaque ſalis marini quadraginta vel quinquaginta dierum ſpatio obtinuit ſal Glauberi, in quo nec vitrioli, nec ſalis marini veſtigia, et quod verum fuerit natrum vitriolicum, de quo calcinatione terram martialem, et vitrificatione alcali ſeparare facile potuit.
p. 116. Ex eo tandem, quod plantae in aqua marina vegetantes modo ſal marinum, eaedem in mari vicinis vel ab eo relictis locis copioſum ſal ſodae, eaedem in terra non ſalita cultae alcali tantum vegetabile reddant, et quod a kali plus alcali obtineatur, vel ſi plane non, vel et ſi leni tantum igne combuſtum fuerit, cum vtriusque alcali ante combuſtionem in plantis praeexiſtentiam, tum optimam natrum artificiale, nitri arte parati ad inſtar, conficiendi methodum, colligendam eſſe. Recenſens fere in omnibus contrariae fa-
p. 117. vet ſententiae. VINC. MALACARNII *obſſ. anat. et pathol. de organis vropoieticis*. Haec ſemper a parte
p. 118. corporis poſtica intuitus eſt; eaque et inprimis veſicae muſculos optime contemplandi occaſionem praebuit veſica ſenis, de quo viuente nulla calculi ſimilisve morbi ſuſpicio fuit, externe inaequalis, valde ſpiſſa, nec comprimenda. In duabus eius longitudinis tertiis a ceruice in facie anteriori ſectis, et cartilagi-
num

num interuertebralium ad inſtar duris inter diſſoluta interiora tunicae muſcularis plana haeſerunt multi intus rubicundi et friabiles, extus cuboidei, ſecum articulando muſiuum quaſi opus formantes et ſubflaua lithocolla obducti calculi. Alii vero occupa- p. 119.
runt ſuperiorem veſicae partem, in qua fuit ſinus conoideus, vrachum tantum latiorem, quantum breuiorem, reddens, ſeiunctusque a reliquo veſicae, per ſeptum formatum a tunica interna multisque muſculoſis fibris, in ſuoque centro ad communionem inter ſinum et veſicam inſtructum foramine digitum minimum vix capiente. Ibi praeterea, vbi trigonum LIEVTAVDII, ſitum fuit ſarcoma piriforme et quaſi bifidum ab apice verumontani per ceruicem ingreſſum. Et proſtata pergrandis, cartilaginoſa, durisque et eburneo-albis tuberculis plena fuit. Muſculorum, pen- p. 120.
niformis poſterioris, et anterioris, longitudinalis, transverſalis, qui vere retiformis, et huic ſuppoſiti plani p. 121.
interni, quod in illa veſica denſa tela celluloſa a transverſali vere diſtinctum, et fibris duo ouata in veſicae centro poſteriori coniuncta, in quorum area multiplices foſſae profundae, formantibus conflatum fuit, egregiae deſcriptiones excerpi nequeunt. Nullam p. 122.
neruoſam, internamque tunicam, nonniſi membranaceam, et ab epidermide glandis per vrethram productam animaduertere ipſi licuit, nec ſemper inter carnoſam et membranoſam tunicam vaſa ſanguifera, quorum diſtributiones in variis veſicae aegritudinibus verſus ceruicem egregie appareant. Quae SANTORINI de glandulis trigonum formantibus dixit, confirmantur. Vrachum modo ſub vertice veſicae, modo ab eius latere oriri, interdum in quibusdam nodis vel gelatinam, vel pultem flauam, viſcoſam, vel et materiam cartilaginoſam continere et veram eſſe internae membranoſae tunicae continuationem. Vrachum feminae vltimis grauiditatis diebus ſolito effluxu im- p. 123.

 pedito

pedito vrinam emittentem cauterizauit et compreſſit, ſexque per dies catheterem in vrethra apertum reti-
p. 152. neri iuſſit. *Eiusd.* MALACARNII *expoſitio anatomica de partibus ad cerebrum auium pertinentibus. Ill.* LORGNAE *recentiora experta de dulcificatione aquae mari-*
p. 153. *nae.* Ad quam quum deſtillatio non ſufficiat, conge-
p. 156. lationem tentauit, et quidem primum tribus ſalis marini cum nouem vel decem glaciei partibus commix-
p. 157. tis per congelationem quinquies repetitam, poſtea vero commixtione tot ſalis partium cum ſex vel octo
p. 155. glaciei per congelationem ter tantum repetitam, et ad ſtratorum inferiorum congelationem impediendam
p. 156. fundo vaſis in arenam collocato, omnium heterogenearum aquae marinae partium ſeparationem, et glacie regelata aquam omnis ſalini expertem, vnguinoſo
p. 157. tantum ſapore praeditam obtinuit. Eandem aquae pluuiatili et communi, praeter ſaporem his aquis ab aëre eas impraegnante proprium, et dulcificatae aquae
p. 159. marinae, ſi ad omne ſaponaceum abluendum coletur, aëreque impraegnetur, tribuendum, plane ſimilem
p. 158. cognouit. Eandem congelationis methodum cum in nauibus, tum ad aquas minerales minus compoſitas decomponendas, adhiberi, ſalisque marini ſufficientem copiam congelatione hyeme a natura facta ob-
p. 159. tineri poſſe, docet. IO. ANT. MORINO, *medic. prim. noſocom. Sauiglian. in Pedemont. de efficacia olei oliua-*
p. 160. *rum in arthritide vaga.* Eam primum expertus eſt in grauida, cui, omnibus aptis remediis per quatuordecim dies fruſtra adhibitis, diei decimi quinti veſpera ſex olei illius vncias propinauit, ſequentibusque diebus repetiit eo ſucceſſu, vt iam prima nocte dolores, alteroque die febris ceſſauerit, excretionesque ſudoris, vrinae, faecum bilioſarum pultacearum copioſae factae fuerint, paucorum dierum ſpatio plane reſtituta, feliciterque prolem edente aegra. Eandem
p. 161. olei vtilitatem licet adhuc in pluribus quam centum

aegris

aegris expertus fuerit, in ſene tamen inueteratis in carpo nodis afflicta, et iuuene arthritidem veneream perpeſſo, rheumatiſmis ſimplicibus extremitatum nullo oedemate coniunctis, vel primitiuis, vel arthritidi accedentibus, vt et podagrae gonagraeque paroxyſmis dolores tantum mitigauit, morbum non profligauit iſtud oleum, ob ſuam cum oleo animali affinitatem p. 162. efficax, non minori quam duarum librarum quantitate, et qualibet doſi quatuor vncias aequante, repetita venaeſectione, emeticis, purgantibus praemiſſis exhibendum, interdum vna drachma ſalis communis com- p. 163. miſcendum, nec ventriculum debilitans, nec appetitum proſternens, in iuuenibus et ſalacibus priapiſmos interdum gignens. Arthritide cum periculo ad trunci muſculos propulſa vel balſamum anodynum *Guidonis* vel aliud ex terebinthina Veneta, cera flaua, myrrha, aloë, maſtiche et olibano paratum feliciter adhibuit, oleum lini vero non aeque, ac illud oliuarum, vtile reperit. D. IO. VER. ZEVIANI *de veneno fun-* p. 241. *gorum.* Fungos principio cauſtico carere, et per ſe p. 242. innocuos eſſe, tantumque a variis inſectis ouula ſeu vermiculos ſuos deponentibus, foetidumque ſuum ſemen inſpergentibus venenari. Quod obſeruatione de vermiculis ex albis phallis (*funghetti*) adhuc p. 243. crudis per os eiectis, et bene aſſeruatis egredientibus p. 244. comprobari ipſi videtur, vt et iſta opinione optime explicari poſſe, cur nullum tempus, nullus locus, nulla fungorum ſpecies a veneno immunis ſit, cur nulli ſint veneficii a fungis illati gradus, cur fungi tam frequenter impune edantur, cur nec bonus eorum aſpectus, nec lotio et coctio eos innocuos reddant. Cui vero opinioni Recenſ. optima ratione contradicit. Expo- p. 245. nuntur poſtea ſymptomata a veneno fungorum ob- p. 246. orta, ad quae et icterus refertur, et quae in cadaueribus reperta fuerint. Quum porro, quod optimum p. 247. foret, a fungis plane abſtinere nolint homines, prae-

cipit, vt fungi ad rationem SEGVIERII eligantur (ipſe tamen ſolum phallum eſculentum (*tartufo*) ſemper, forte ideo, quod ſub terra creſcat, innocentem eſſe putat), vt ii tantum edantur, qui iuniores, et in patentibus campis creuerint, vt bene depurati diu ſatis et quidem in oleo, non autem cum aromatibus, v. c. allio, pipere, coquantur, dentibus diu terantur, panis cum iis coctus canibus felibusue proiiciatur, vt parce, et ventriculo iam pleno edantur, multum ſuperbibatur, motusque poſt eorum paſtum non negligatur.

p. 249. Bene denique de cura venenatorum diſſerit. MICH.
p. 294. GIRARDI *Archiatr. duc. Parm. et Prof. hiſt. nat. et*
p. 295. *anat. Obſſ. anat. de organis electricis torpedinis.* RE-
p. 296. DVM et LORENZINVM ſequitur nec non REAVMVRIVM, et inprimis in neruorum deſcriptione HVN-
p. 297. TERVM. Quorum tria paria, per organa illa electrica diſtributa, ſimilibus in raja, torpedinem ter pondere ſuperante, multo maiora et craſſiora eſſe, cerebri ta-
p. 298. men molem, quae in rajis magna, neruorum illorum reſpectu non augeri. Aeque copioſos, maioresque quam in rajis, organis electricis eſſe ramos arterioſos ex tribus a quocunque latere ſacci illius circularis, in quem arteria e corde aſcendens ſe explicat, procedentibus, ortos, vt et venoſos. Quod quidem ob inopiam torpedinum non Auctor, ſed IO. BAPT. PRATOLONGVS, Prof. anat. Genuenſ. obſeruauit; qui ad
p. 299. cor torpedinis, vnam libram cum dimidia ponderantis, replendum ſex mercurii drachmis, ad cor rajae myraleti, decem libras cum dimidia pondere aequantis, implendum viginti et tribus mercurii drachmis opus habuit, indeque cor torpedinis illo rajae fere duplo amplius aeſtimat.

p. 129. 8. D. IO. MAR. MAZZI, *med. ord. noſoc. mai. Mediol. epiſtola ad* D. FRANC. AGLIETTVM *de hydrope*
p. 130. *pericardii. Ital. ſcript.* In quinquagenaria diu iam
p. 132. non menſtruata, hyſterico-melancholica, et ſcorbutica

butica pericardium vltra tres limpidae odore et acrimoniae carentis aquae libras continuit, corde ipso illaeso, nulloque sero in pectoris cauitate reperto. Num tussis aegrae molesta pro symptomate essen- p. 133. tiali habenda sit, adhuc dubitat, narratque, aegram p. 134. cuilibet lateri incumbere quidem potuisse, perpendicularem tamen positum praetulisse, hydropemque in ea repente ortum esse videri; et docet, se hydropem pericardii tum suspicari, cum praeter signa hy- p. 135. dropis pectoris cum sensu ponderis in media et inferiore thoracis parte pulsus pro viribus aegri minores et molliores animaduertat, eos vero sero acri p. 136. effuso non ita se habere, nec inde istum morbum certissime semper colligendum, paracentesin vero p. 137. reiiciendam, squillitica sola commendanda esse.

9. IO. HVNTERI *tract. de morbo venereo. 4. Lond.* p. 163. 1786. *Angl. script.* De hoc libro plura noua receptisque doctrinis saepe contraria tradente in futurum verba fient. (Nos de eo iam exposuimus.)

10. *Epistola* D. LVDOV. BRVGNATELLI *ad* D. p. 195. IO. MAR. MAZZIVM *de nouo praeparato mercuriali in vsum medicum. Ticini d. 3 April 1787 Italic. scripta.* Inventum est a VAN WY, et praeparatur subtilissimum mercurium sublimatum corrosiuum in vasi leni igni carbonum subiiciendo, eumque cum tanta spiritus vini quantitate, quae eum digiti altitudine tegat, commiscendo et agitando, spiritumque accendendo, idque tam diu repetendo, donec puluis cinerum tabaci ad instar fuscus obortus fuerit, qui subtilissime terendus sit. Auctor epistolae processum istum in apertis locis absolvi recte iubet, in eoque spiritu affuso acidum marinum sublimato inhaerens p. 196. dulcificari, calcemque mercurialem ex parte restitui putat. Hunc mercurium sublimatum corrosiuum, quem adustum vocant, facile et celeriter agere, et cum mucilagine gummi arabici mixtum, vel in de-

cocto

eocto radicis saſſaparillae vel cum rhabarbaro in pillulis ita dari poſſe, ut minor doſis vnum, maior quatuor grana aequet.

p. 197. 11. *Communicationes medicae Tom.* 1. 8. *Lond.* 1784. *Angl. ſcript.* D. GREY: *de catarrho Ruſſico anni* 1782. Eos, qui hoc morbo anno 1775 infecti fuerint, ab eo 1782 fuiſſe immunes, morbique characterem epidemicum inde patere, quod familia ex Luſitania Londinum Septembri veniens paulo poſt morbo, qui tum in Luſitania graſſabatur, curſumque ſuum Londini iam Maio abſoluerat, affecta fuerit.

p. 198. D. SMITH *de eodem morbo*, cuius praecipua quaedam ſymptomata explicat. HENR. WATSON *de iis, quae in cadauere podagrici reperta ſunt.* Cerebrum eiusque membranae, inprimis pia, muco calcareo cremoris lactis ad inſtar denſo obductae, vtraque medulla, pinguedo cutis, meſenterii, et inteſtinorum, hepar, tunicae veſicae vrinariae conſtrictae, pulmonesque indurati et condenſati fuerunt; glandula pinealis deſtructa, aorta a diaphragmate ad diuiſionem ſuam in iliacas vſque oſſificata, renes parui et hydatidibus pleni, glandulaeque bronchiales materia podagrica repletae, oſſa tamen illaeſa fuerunt. Extremitatum inferiorum, in quorum vna omnes digiti tumidi, maximus vero teſta quaſi calcarea incluſus, mediumque tibiae dextrae tumore calcareo, ſpatium inter cutem et perioſtium replente, inſigne fuit, con- et retractio orta eſt ab induratis ligamentis et ſynouia

p. 199. ex calce, oleo, et aqua compoſita. Calculum podagricum ab illo veſicae vrinariae in eo differre, quod ille homogeneus, mollis, albus, eiusque calx ab oleo et aqua ſeparari ſe patiatur. FORD *de ſcabie capitis ſaturninis in puella bienni repreſſa.* Inde primum proptoſis et coecitas oculi ſiniſtri, tum hoc, palpebris ſanis intactis, exſtirpato gutta ſerena in dextro oculo, bimeſtrique elapſo mors orta eſt. Praeter

ſerum

ſerum in ſiniſtro cerebri ventriculo effuſum tumor a medulla oblongata ad glandulam pituitariam vſque procedens thalamos neruorum opticorum ſolito denſiores et cineritios, ipſosque hos neruos compreſſit, et ſiniſtrum e loco ſuo remouit. D. SIMMONS *de ſe-* p. 200.
ctione hydropicae. In qua, vti ex colore hydatidum, ſuperficie interna villoſa, et abſentia veſiculae felleae colligendum fuit, haec ſaccum formauit, hydatidibus plenum, qui hepar, et apertura per ſuperiorem carnoſamque diaphragmatis partem ſibi facta lobum pulmonis dextrum dextrorſum preſſit, ſiniſtri putrefactioni occaſionem dedit, ſurſumque variis foraminulis patuit. D. DOUGLAS *de tempore fetum graui-* p. 201.
ditate durante extrahendi, ſi ob placentae ad vteri ceruicem adhaeſionem haemorrhagia accedit. Contra HVNTERVM aſſerit, id ſubito eſſe efficiendum, quum cauſa haemorrhagiae tolli nequeat expulſioque fetus ſpontanea a placentae ſitu impediatur, nec autem magnam vim eſſe adhibendam, nec ceruicis reniſum obſtaculum inferre. D. SIMMONS *de ſignis patho-* p. 202.
gnomonicis aneuryſmatis aortae. Fuit in anteriori arcus parte, compreſſit venam cauam et vicinarum vertebrarum cariem produxit. Palpitationem in ſuperiori ſterni parte, ſitum non in poſteriora, ſed anteriora, ſenſum in diaphragmate velut chordae pectus conſtringentis pro ſignis habet. D. KEIR *de in-* p. 203.
ſanabili ingeſtorum vomitu, a magno mobilique tumore inter vltimam ſpuriam coſtam ſpinamque ilei ſiniſtri lateris. Qui fuit ren dexter ſolito maior, ſanus, paucis paruulis calculis, et in pelui ac vretere ſanguine plenus, ſiniſtro ſolito minori, pultique ex calce et aqua ſimili. D. SMITH *de vtilitate ſpiritus vitrioli* p. 204.
dulcis. In febribus putridis et contagioſis ad anxietatem pulſusque frequentiam imminuendam tres eius drachmae cum duabus libris aquae purae, totque vnciis ſacchari albi commiſcentur, huiusque

mixturae

mixturae vnciae duae omni bihorio exhibentur. D. DANIEL *de ptyalismo a retentione vrinae.* Qua sublato ille cessauit. Quotidie aegra vnum duasue libras exspuit. D. KEIR *de ingestis, si ad certum oesophagi locum peruenerint, statim cum pure egestis.* Causa fuit oesophagus inter primam et quartam dorsi vertebram vlcere superioris et posterioris pulmonis dextri partis exesus; multum puris tracheam,
p. 236. oesophagum, ventriculumque repleuit. HENR. WATSON *de aneurysmate femorum et crurum cum ascite, hydrope ouarii, et hernia vmbilicali.* Fecit paracentesin in ipsius vaginae centro, acu triquetra, quod
p. 237. in plurimis exemplis valde vtile cognouit. D. GEO. HICKS *de emphysemate colli et thoracis peripneumoniae accedente* in viro aëri humido se exponente et D. SIMMONS in femina post partum difficilem. WATSON *de diuersis phaenomenis aneurysmatum et varicum exemploque aneurysmatis.* Fuit in aorta pollicem super originem coeliacae ad illam mesentericae vsque.
p. 238. Maior et posterior sacci pars destructa, sinistra duobus locis aperta, vertebrae vicinae cariosae, ren sinister e loco remotus, nonnullaque eius vasa rupta fuerunt. D. SMITH *de scorbuti nominis abusu morbisque cutaneis, qui mercurialibus et antimonialibus non cedunt, pro insanabilibus non semper habendis.* Commendat in his tincturae cantharidum triginta guttas ad drachmam vsque et vltra, bis quotidie, ter vero tot guttas ad drachmas duas vsque spiritus vitrioli dulcis, veratrumque album. Cuius, (sine dubio hic error typographicus,) viginti ad quinquaginta vsque guttae praescribuntur. BABIGTON *de funesta hydro-*
p. 239. *phobia a morsu canis pro rabido non habiti.* D. SIMMONS *et* WATSON *de dolore in deglutiendo, et conatu vomendi in sene.* Causa fuit sat magnum oesophagi vlcus, corque ossificatum. Ossificatio a cretacea materia in cellulosam fibras musculares inuoluentem

depo-

depoſita pendere dicitur. D. GARTSHORE *de ſapore acido et digeſtione laeſa, cum conatibus vomendi, et multoties cum difficultate deglutiendi ſuffocationisque ſenſu.* Acceſſit ptyaliſmus, qui pro ſumptomate p. 240.
difficilis deglutitionis habetur, potius tamen argento viuo aegrae propinato tribuendus eſſe nobis videtur. In cadauere aegrae, quae ſenſu carens quinque menſibus elapſis obiit, oeſophagus quatuor pollices ſub tracheae diuiſione laceratus, abſceſſusque ſeu cauitas ab aorta, facie poſteriori auricularum, baſi pulmonum, ſiniſtra tracheae parte, vicinisque glandulis lymphaticis circumdata reperta eſt. BENTLEY *et* WATSON *de retentione vrinae feliciter curata.* In aegro quinquenni vrina ad modum POUTEAU extracta, lapillus glandi inhaerens ablatus, et gangraena ab vmbilico ad anum vſque partes infeſtans, ſcrotum inprimis deſtruens, profligata eſt. D. CHAPMAN et p. 241.
GARTSHORE *de febribus remittentibus et intermittentibus expectoratione coniunctis probe diſtinguendis, et cortice Peruuiano curandis.* D. MICHAELIS *et* SIM- p. 282.
MONS *de vſu opii in morbo venereo.* Inter quatuor p. 283.
exempla vnum tantum fuiſſe infauſtum; opii ad ſcrupulos duos vſque quotidie ſine noxa datos eſſe; opium non tantum perſpirationem, ſed et vrinae, ſaliuaeque excretionem augere, imo et nimia ſua copia vt purgans draſticum agere, aegros ideo antea, vel poſt, ſi aluus obſtructa, purgandos eſſe; pulſum in initio quidem celerem, poſtea tamen lentiorem plenumque, interdum tamen toto, quo opium ſumitur, tempore celerem et paruum animaduerti; incommoda ab vſu opii facile tolli poſſe; in venereo p. 284.
malo ſcorbuto complicato opium cortice Chinae, acidisue coniungendum eſſe; doſin quotidianam a tribus granis inchoandam, raro vltra ſcrupulum augendam, ſaepe tantum quinque grana exhibenda eſſe; aegris denique carnes vinumque eſſe concedendum.

Viginti

p. 285. Viginti et duae obſeruationes vtilitatem opii confirmant, SAVNDERSIIque et SCHOEPFII experientia. AGLIETTI ex actis Hafnienſibus SIBBERNII et WINSLOWII de vtilitate opii in morbis venereis ob-
p. 286. ſeruationes a TODIO relatas fuſe enarrat. D. SMITH manuſcriptum D. GUIL. STRACKII *de morbis pulmonum inprimisque phthiſi* tradit, notisque illuſtrat.
p. 287. Tubercula non eſſe veſiculas aereas obſtructas, ſed in tela celluloſa contineri; minima eſſe cartilaginea, maiora veſicularum ad inſtar album denſumque humorem comprehendere; ea, quorum diameter dimidium pollicem aequet, et quae cum bronchiorum extremis communionem habeant, vomicas vocari. De colore humoris illius vario, ſitu vomicarum, aliarum vicinarum partium laeſione diſſeritur, glandu-
p. 288. laeque lymphaticae plerumque nigrae eſſe, et ſaepe materiam calci ſimilem continere dicuntur. Inflammationem horum tuberculorum potius effectum, quam cauſam eſſe ſuppurationis eorum, ab ipſorum incremento obortae. Tuſſem, ſputa copioſa, dolorem pectoris, difficultatem reſpirandi, beneque incumbendi pro ſpecificis phthiſeos ſymptomatibus tan-
p. 290. tum habenda eſſe; quatuor eſſe tuſſis ſputorumque gradus; incertum eſſe, num ſputa phthiſicorum ad mucum aut pus pertineant, quum plus minusue facile in aqua ſoluantur, fundumue petant. D. MICHAELIS *et* SIMMONS *de hydrocephalo interno.* Aeger iam tertio aetatis ſuae menſe eo affectus ſanus, nec animo debilis, vnde trigeſimo anno adhuc vixit, de ſola alui ſegnitie conqueſtus, eiusque pupilla non
p. 291. dilatata fuit, ſed facile ſe contraxit. FORD *de methodo hydrophthalmiae medendi.* Acum incuruam, ſexque albis ſericeis filis armatam, ab angulo externo quartam pollicis partem vltra corneam per oculi cameram poſteriorem ad aequalem a cornea diſtantiam in angulo interno pertundit, fila, non tamen adeo ſtricte,

ſtricte, firmat, octo nouemue diebus poſt quoddam eorum aufert, ſimulque aquam GOVLARDI externe applicat; et nec cephalaea, nec delirio orto, curationem menſis ſpatio abſoluit. FEARON et D. SIMS *de tumore inter os ileum ſpuriaſque coſtas per decem annos increſcente.* Fuit ren permagnus oſſificatus, altero minori veſicae pus continenti ſimili. Separata cellulosa quindecim pollices in ambitu ſexque vncias cum dimidia pondere aequauit. D. SIMS *de vomitu habituali plerumque cum alui obſtructione coniuncto.* Cauſa fuit ſcirrhus in minori ventriculi extremitate ad pylorum vſque, nonnullis polypoſarum excreſcentiarum, internam ventriculi ſuperficiem inaequalem reddentium, coarctatum, protenſus, et vltimis forte vitae diebus exulceratus. D. SMITH *de ventriculo hepati, ſcirrhoſoque pancreati adhaerente et exulcerato.* Multi ſimul alii minores tumores reperti ſunt. D. HEYSHAM et LATHAM *de dolore primum faciei, tum capitis in ſiniſtro latere.* Variis fruſtra tentatis antrum maxillare apertum, et decoctum chinae cum elixirio aloës, poſteaque oleum oliuarum iniectum eſt. Quo facto, tria inſecta laruae oeſtri bouini ſimilia, (depicta,) prodierunt. FORD *de impedita deglutitione neonati.* Pharynx clauſus fuit tumore pilis tecto, interne ſolido, in baſi vero tenui glandulae thyroideae non diſſimili, leui opera extrahendo.

p. 292. p. 293.

12. BROVSSONET *de relatione inter dentes humanos, alimentorumque iis conuenientium naturam, praelect. in conſeſſu Acad. reg. Sc. d.* 12 *Nov.* 1785 *Gall. ſcript.* Differentiam dentium herbiuororum et carniuororum animalium exponit, docetque homines, quum viginti illis, duodecim tantum his ſimiles habeant, vegetabili magis quam animali victu vti debere. Chalybe coronam dentium percutiendo ſcintillas extraxit.

p. 207. p. 208.

13. *Methodus facillima et certissima homines et animalia cuncta a bestiis rabiosis admorsa, conseruandi.* 4. *Friburg. in Brisgouia* 1784. Rabiem raro ante tertiam septimanam, forte et tres menses post morsum oriri putat, et vulnera solutione ex triginta granis lapidis caustici cum vna aquae libra lauari, immo aegros in balnea ex leuiori tali solutione immitti, cum praeseruandi, tum medendi gratia iubet Cl. MEDERERVS.

p. 224. 14. *Institutiones Chirurgiae* IOS. NESSI, *Comasc. D. Phil. et Med. et Prof. obstetr. et Chir. in reg. univ. Pav. Tom. I. et II. Pav.* 1786. 1787. *recens. a*
Tom. I. PANZANI. *Italice script.* Primus tomus duabus par-
p. 225. tibus diuisus, de inflammatione in genere et specie
p. 226. agit. Eam habere sextuplicem exitum 1. resolutione vel per perspirationem vel per resorptionem; 2. suppuratione, cui ne auxiliis occurratur, inepte
p. 227. praecipi; 3. retrocessu; 4. transsudatione; 5. induratione, et 6. mortificatione. Apostemata non causticis, quae plurima ex parte damnat, tractanda, sed scalpello magnaque plaga aperienda, non specillis,
p. 228. sed liquoribus depuranda, iisque aërem innocuum esse. Ad mortificationem pertinere gangraenam humidam, quae triplex sit, et, nisi in extrauasatione
p. 229. humorum, scarificationem exigat; siccam, et sphacelum, cui tantum medeatur amputatio, in qua arte-
p. 230. riae longissime protrahendae, nec viuis partibus affigendae sint. Humeri, et infantibus femoris etiam, amputationem, vti prospero foeminae exemplo demonstratur, ita suscipi posse, vt valido loro sericeo vel lineo in vna aquae libra cum dimidia sublimati corrosiui vncia mixta ad tertiae partis consumtionem cocto, seu butyro antimonii diu immerso, iterumque siccato, membrum in amputandi loco strictissime constringatur; osque, si ad illud lorum penetra-
p. 231. verit, serrula praecidatur; tumque arteriarum liga-

turam

turam negligi poſſe; interdum vero ad ſanae partis
ab aegra ſeparationem adiuuandam irritantibus vel
veſicantibus opus eſſe. Idem illud lorum in lupia, p. 442.
quae pedunculum habet, deliganda adhiberi poſſe.
De oſſibus ex articulo exſcindendis recte praecipit, p. 231.
PANZANI vero hanc operationem in phalangis digi-
torum tantum permittit. Experientia cognouit, p. 232.
furunculos in vicinia ani et vuluae, vel perinaeo ſem-
per, non tamen immaturos, aperiendos eſſe, ſectio-
ne autem eorum ad fiſtulas aliasue illarum partium
laeſiones euitandas nimis caute inſtituta, morbum
augeri; in angina tonſillarum gargariſmata, in uvula
vel tonſillis ſcirrhoſis cauſtica nocere, eas vero for- p. 233.
fice vel ſcalpello, non autem facta ligatura, (quam
tamen PANZANI feliciter, nec magna opera fecit:)
exſtirpandas eſſe; in ophthalmiis externis, quippe
quae eryſipelaceae magis, quam phlogiſticae indolis
eſſe videantur, venae ſectionem inutilem eſſe; mi-
neralia in vniuerſum nocere, (in cornea pellucida
inſanabile leucoma ab vſu aquae vitriolicae Vene-
tiis ſolemnis cum viſus iactura ortum etiam obſer-
vauit PANZANI) in vnguis vel hypopii operatione
puris excretionem non accelerandam eſſe; vulnera-
tam corneam non ſemper intra viginti quatuorque
horas cicatricari, immo, vti PANZANI obſeruauit,
quinto adhuc die nouum aqueum humorem in ſa-
niſſima iuuene emanaſſe. Liber ſecundus de morbis p. 234.
aquoſis agit. In ſpina bifida, quam, quum ſpina
non vere diuidatur, hydrorhachitidem appellari ma-
vult, prodeſſe ſetaceum filis tam craſſis, vt acus fo-
ramen totum repleant. In hydrope pectoris iubet
hoc in maiori curuatura inter ſecundam et tertiam
ſuperiorum ſpuriarum coſtarum dextri lateris, ſiniſtri
vero inter primam et ſecundam aperiri, et cute tranſ-
verſim complicata muſculum magnum dorſalem in
longitudine ſua ita ſecari, vt ex apertura tres tranſ-

versos digitos magna duae tresue costae pateant, tum ad spatium inter costas augendum aegrum in oppositum latus flecti, et intercostales musculos cum pleura oblique et ita caute dissecari, ne arteria inter-
p. 235. costalis periostiumue laedatur. In hydrope articulorum, inprimis illius, qui occupat genu, efficacissimam esse moxam, ibi, vbi tumor maxime eminet, applicandam, qua frustranea paracentesin non acu triquetra, sed lanceola, priusque quam humores corrumpantur, in-
T. II. stituendam. Sunt tomi secundi libri quinque. Pri-
p. 439. mus agit de indurationibus glandularum, scrophulis,
p. 440. struma, scirrho et cancro; de horum exstirpatione, vulnerisque amplioris suppuratione diu sustinenda,
p. 441. de lacertarum et arsenici in iis vtilitate. Secundus de tumoribus cysticis, lupia, hydatidibus, ganglio, ranula. Enarrantur exempla fatuitatis, et lippitudinis oculorum cum epiphora, quas lupiarum exstir-
p. 442. patio produxit. Docetur, quaenam intactae relinquendae, et quae exstirpandae sint; excisionemque ac scarificationem incisioni cruciformi et cauteriis praeferendam esse. Liber tertius loquitur de tumo-
p. 443. ribus cysticis spuriis, aneurysmate, varice, haemorrhoidibus, et varicocele. De varice molesto sensim euacuando, et comprimendo, de hirudinum in hae-
p. 444. morrhoidibus noxa, et aquae gelidae glacieiue in iis vtilitate; de varicocele solis palliatiuis tractanda. Libri quarti PANZANI mentionem nullam facit. Liber quintus perlustrat sarcomata; lipomata, encanthides, pterygia, polypos, epulides, condylomata, sarcoceles, verrucas, callos, maculas, fungosque
p. 445. articulationum. Polypos saepe produci a labe vni-
p. 446. versali praecauenda; vteros, qui ex viuis extracti fuisse ferantur, forte tantum polypos vteri fuisse;
p. 447. hosque saepe pro scirrho, cancro, vel grauiditate vteri haberi; in castratione ligaturam arteriae spermaticae, vt noxiam, negligendam, compressione

tantum

tantum haemorrhagiam ſiſtendam eſſe; fungos arti- p. 448.
culorum ſemper a cauſa interna pendere, et, niſi inueterati, embroche, gelida aqua, cauterio actuali, curandos eſſe.

15. FABRI *Tr. de morbis venereis, edit. IV. gall.* p. 250.
reuiſ. correct. et auct. ab auctore, nunc verſ. in ital. a MICH. GHERARDINI *D. c. nott. et append. nonnull. method. curat. et praeſeru. luis venereae Tom.* 2. 8. *Mediol.* 1787. GHERARDINI enarrat quatuor exempla luis confirmatae, in quibus opium non profuit, ſed p. 254.
nocuit, duo autem bubonum et vlcerum venereorum, in quibus opium interne externeque adhibitum miros edidit effectus.

16. GUIL. GRANTII *diſquiſ. de febribus, quantum pendeant a varietate anni temporum, et vti nuperrime Londini per viginti annos obſeruatae ſint, c. obſſ. pract. de optimis iis medendi remediis, tranſl. in Italic. et auct. nov. obſſ. et annot. ab* ANTON. LARBERO, *protom. Baſſ. adiunct. medit. D* CVRRY *de natura febrium. Baſſan.* 1787. 3. *Vol.* 8. LARBERVS corticem hip- p. 255.
pocaſtani in tertianis, et quotidianis, non autem in quartanis, efficaciſſimum obſeruauit; alia eius obſeruata ſunt, duo exempla opiſthotoni a refrigerio; iſchias neruoſa tribus febris paroxyſmis, melancholia p. 256.
per quartanam, phthiſis tuberculoſa confirmata ſcabie ſanata; tria exempla morbi nigri HIPPOCRATIS ad mentem TISSOTI curata; quinque tandem exempla inutilitatis lacertarum, et a LOCATELLO comprobatae.

17. *Delectus opuſculorum medicorum antehac in* p. 303.
Germaniae diuerſis academiis editorum, quae in auditorum commodum collegit, et not. aucta recudi curauit D. IO. PETR. FRANK, *Fac. med. p. Inſubr. Auſtr. et noſoc. Ticin. direct. med. clin. in r. acad. prof. Vol.* 2. *et* 3. *Ticin.* 1786. 1787. 8. Continentur IO. ANDR. MURRAY de materia arthritica ad verenda aberrante; CAR.

IOS. OEHMII de morbis recens natorum chirurgicis,
LVDOV. SCHOELERI ſuper morbos Surinamenſium,
IO. FR. GAVSBRANDII de acidorum, inprimis nitro-
ſi et muriatici, dulcificatione, FRANC. SCHOENME-
ZELII de ſcarlatina annis 1775. et 1776. epide-
p. 400. mica, DAV. A. IOS. FR. KOSEGARTENII de cam-
phora et partibus, quae eam conſtituunt, GEO.
MATTH. GATTENHOFII de venae ſectionis veris in-
dicationibus, CAR. STRACKII de tuſſi conuulſiua
infantum. IO. PETR. FOURAGII de colica pictonum,
EL. FR. HEISTERI de principum cura circa ſanita-
tem ſubditorum, IO. CHR. SALMVTHII de diagnoſi
puris, Autorisque commentationes de inſtituendo
ad praxin medico, obſeruationes de haematomate
p. 303. et interna hydrocelis cauſa, diſſ. de ciuis medici in
republica conditione et officiis ex lege praecipue
erutis vt et orat. acad. de veſica vrinali ex vicinia
morboſa laborante.

p. 304. 18. IO. PETR. FRANKII *ſyſtema completum poli-
tiae medicae translat. ex edit. ſecund.* 1784. *in Italic. et
auct. not. Auctoris Tom. I. Mediol.* 1786. 8. Liber
hic, cuius Germanicam priorem editionem iam in-
dicauimus *), proxime fuſius recenſebitur.

p. 314. 19. *Epiſtola* D. MELCH. CAPOVILLAE *ad Prof.
Patav.* LEOP. CALDANVM *continens deſcriptionem dy-
ſenteriae epidemicae Pinguentii in Iſtria Veneta aeſta-
te* 1786. *obſervatae, Italic. ſcript.* Enarratis morbi
ſymptomatibus, inter quae propenſio in ſomnum,
verme excreto ceſſans, notari meretur, cauſae et
p. 315. curatio ex mente HIPPOCRATIS et HOFFMANNI
eruuntur; aeſtas pluuioſa calorisque expers, vinique
p. 316. et ciborum fermenteſcentium abuſus vt cauſae ar-
guuntur; morbus infantibus fibraque molli et ſpon-
gioſa praeditis tantum infeſtus, pauciſſimis infanti-
p. 317. bus, vnique ob diaetae neglectum denuo affecto
iuueni

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXV. p. 243. ſeqq.

iuueni funeſtus fuiſſe dicitur; referturque, venam p. 318.
vni tantum nondum menſtruatae iuueni fuiſſe ſectam, ipecacuanham parciſſima doſi et purgandi gratia exhibitam, et diaphoretica (cur id fecerit, egre- p. 319.
gie docet) plane omiſſa.

20. D. CAIET. STRAMBII *obſeruationes de pela-* p. 334.
gra factae in r. pelagroſor. noſocom. a Cal. Iunii 1784.
vſque ad finem anni 1785. *Mediol.* 1786. 4. Ex du- p. 335.
centis et ſeptem pelagroſis dicto anno in noſocomium receptis viginti et tres obiiſſe, centum quadraginta et quatuor apparenter ſanatos vel leuatos eſſe, reliquos exeunte anno adhuc aegrotaſſe, pars prior hiſtorica docet. Altera practica parte primum morbi ſymptomata perluſtrantur. Quorum praeci- p. 336.
puum ſolumque conſtantiſſimum id eſſe, quod in dorſo manuum pedumque, collo, ſterno, brachio, tibia, apice naſi et labiis epidermis praegreſſo ſummo ardore et maculis roſeis vel furfurum ad inſtar, vel, vt in aduſtis amplis ſeroque flauo plenis veſiculis antea ortis ſponte deſquametur, interdum etiam nullo ardore et rubore praegreſſo nigreſcat et exſiccetur; haec varietas vero nec reliqua ſymptomata commutet, et in vno eodemque aegro obſeruetur. Mul- p. 337.
tos tamen iam maiori gradu morbum pati prius, quam deſquamatio haec fiat, hanc etiam reliquis ſymptomatibus leuioribus ſaepe inſignem, interdum vero iis grauioribus vix manifeſtam, et, quum lecto retenti ſoli vel aëri iſtius radiis impraegnato ſe non exponant, ſine leuamine nullam eſſe. Inſolatione p. 344.
igitur, et quum radii ſolis pauci deſquamationem iam efficiant, nec aeſtate noceant, morbum non produci, ſed tantum determinari. Minus conſtanter p. 337.
obſeruari maculas fuſcas in ſuperficie cutis, ſugillationes irregulares purpureas, liuidas vel atras, in dorſo manus, poſtica cubiti parte, et facie, quae interdum criticae, interdum ſymptomaticae, ſaepeque

 que

que obſeruentur, puſtulas miliares pruriginoſas her-
petesque, qui interdum conſpiciantur, coloremque
pallidum fuſcum labiorum, qualem acetum degu-
ſtatum gignere ſolet, qui reliqua cute illaeſa in mul-
p. 348. tis occurrat. Reliqua ſymptomata eſſe 1. febres varias
p. 339. irregulares, in quibus cortex Chinae inutilis, cum
ardore totius corporis, praeſertim capitis, velut a
p. 349. flamma accenſa, et cum vario ſuſurru; et pedum,
p. 340. quem balnea diaphoretica imminuere valeant; qui
p. 338. vero ab eo in eryſipelate multum differat; nec non
cum pulſu duro, celeri, debili, tardo et raro, 2. ſudo-
rem ſingularis odoris, ſi vniuerſalis, non alleuantem;
ſi partialis, et inprimis in pedibus, criticum et leuan-
p. 341. tem; 3. crampum manuum, pedum, crurum, quan-
p. 338. doque ita doloroſum, vt epilepſiam inferat, contra-
ctione ſpaſmodica, cardialgia, ſyncope, quandoque
leuiori, nec diuturno tetano, ſcelotyrbe feſtinante
SAUV. ſpaſmisque clonicis faciei, extremorum, alia-
rumque partium coniunctum, et iam ab initio aegris
p. 348. moleſtum; cuius incommoda cortice Peruuianno, ex-
tracto hyoſcyami, camphora, valeriana, arnica, liquore
anodyno minerali vix, narcoticis interdum, linimen-
to vero ex oleo lumbricorum et ſuccini multum
p. 338. mitigentur; 4. tuſſim idiopathicam cum ſalino ſa-
p. 342. pore, quae demulcentibus, inſanabilem vero, imme-
p. 338. diate a materiali pelagrae cauſa pendentem, phthiſin,
p. 348. in quam illa plerumque terminetur, non auertenti-
p. 339. bus, leniri queat: 5. ſummam iam a morbi initio de-
p. 348. bilitatem, amaris, martialibus, aliisque tonicis curan-
p. 339. dam; interdum plenariam artuum inferiorum reſolu-
tionem, vel tendinum rigiditatem, vt illi moueri ne-
p. 340. queant, pedesue ad femora retrahantur; 6. dolores
variarum partium, interdum ſucceſſiue, interdum ſubito
obortos, neruorumque tractum proſequentes, ſaepe tan-
tum dimidium corpus affligentes, tumque *hemiopalgiae*
p. 349. nomine ab Auctore inſignitos, qui, ſi dorſum occupant,
moxa,

moxa, grauem tamen artuum inferiorum paralyſin pa-
riente, leniantur, camphora autem, extracto aconiti, et
decocto dulcamarae ſopiri nequeant; vti et in vi ner-
voſa excitanda flores arnicae plerumque noceant,
oleum terebinthinae cum extracto ſaluiae interdum
valeat: 7. deliria vel acuta, quae praegrediatur im- p. 341.
minutio doloris, vertigo, ptyaliſmus, ſequatur ſudor,
maculaeque rubrae in facie et brachiis; vel chroni-
ca, in dementiam, ſtupiditatem vel melancholiam ab-
euntia; in quibus odor illi glomerum bombycinorum p. 349.
maceratorum ſimilis obſeruetur, opium vero, cam-
phora et frigida nunquam, cucurbitae autem dorſo, et
hirudines temporibus applicatae interdum profuerint: p. 341.
8. vertiginem, obnubilationem viſus, diplopiam, bu-
limum, picam, ſuſurrum aurium. Rarius occurrere
1. haemoptyſes, 2. ſcorbutum, a quo pelagra in eo, p. 347.
quod non contagioſa ſit, macularum ſede, vrinae te-
nuitate et pallore, ſolius cuticulae laeſione, integro
faciei colore, et inutilitate antiſcorbuticorum multum
differat: 3. diarrhoeam plerumque pertinacem, in- p. 341.
terdum tamen narcoticis et inuoluentibus, rhabarbari p. 349.
et myrobalani vſu praemiſſo, ſopiendam: 4. copioſum p. 341.
ſaliuae ſalinae effluxum: 5. ardorem et incontinen- p. 342.
tiam vrinae: 6. maciem, quae a ſymptomatibus po-
tius, quam ipſo morbo inducatur: 6. anaſarca et
aſciten a diarrhoea obortum. Quae omnia ſympto-
mata nec perpetuo nec regulatim ita contingere, vt
varios morbi gradus faciant. Haereditarium eſſe p. 343.
quidem morbum, ſaepe tamen et ſpontaneum, omni
temperamento, aetati, ſexui, nec ſolis ruſticis, diae-
tamque negligentibus infeſtum; contingere etiam
aëre ſicco et ſalubri; videri quidem oriri a perſpira- p. 345.
tione imminuta, methodum FRAPOLDI vero huc
reſpicientem proſpero ſucceſſu ſaepe caruiſſe. Veram
eius cauſam proximam veroſimiliter eſſe ſingularem
ſeri, inprimis lymphae in tela celluloſa neruos inue-

p. 346. ſtiente, vacuisque ſubſtantiae cerebri contentae, acre-
p. 349. dinem, quae cum nulla cognitarum acrimoniarum conueniat, igiturque acida, alcalina, antimuriatica, methodus GORTERI in acrimonia frigida, ſuccus naſturtii cum melle, decoctum ſtrobilorum pini, vegetabilia antiſcorbutica, cum his et radice acetoſae coctum ſerum lactis, diaphoretica, balnea tepida fruſtra adhi-
p. 347. bita fuerint. Morbum nulli alii, niſi, quod tamen decidere non audet, AGLIETTVS vero probabiliſſimum
p. 348. cenſet, ſcorbuto alpino ODOARDI ſimilem eſſe. Ad cuticulae deſquamationem ſanandam poſcam, lixiuium calcis, aquam ſale marino vel ammoniaco impraegnatam, ſerum lactis, aquam tepidam, et ſolitudinem
p. 349. multum facere; profuiſſe interdum parciſſimam, nocuiſſe ſemper largiſſimam venaeſectionem: reuellentibus morbum a viſceribus auerti poſſe; iuſcula viperarum curae radicalis gratia quatuor aegris exhibita ſoli vni vtilia fuiſſe; kermes minerale parua doſi datum ſcorbuti acceſſum acceleraſſe; morbi denique progreſſum apta diaeta impediri non potuiſſe.

p. 351. 21. *Elementa botanices theoretica et practica in vſum lectionum horti regii botanici Madritenſis, elaborata iuſſu regis a D.* CASIM. GOMEZ ORTEGA, *et* ANT. PALAU-Y-VERDERA, *Prof. prim. et ſecund.*
p. 352. *horti eiusd. Madriti* 1785. 8. *Hiſpan. ſcript.* Pars prior diuerſas plantarum partes, earumque vſum exemplis trium certe notiſſimarum plantarum illuſtrat, poſterior claſſes et ordines ad normam LINNAEI tradit.

p. 369. 22. *De venaeſectione et cautionibus eam vtiliter adhibendi* 1785. *nullo dato loco. Batau. ſcript. recenſ.*
p. 370. *a* PANZANI. Exponuntur leges circulationis, eaque,
p. 373. quae iſtas mutare ſoleant; datur hisce, adeoque etiam
p. 375. venaeſectioni, vaporibus, balneis, et ſuffimigiis tepi-
p. 376. dis, nomen ſtimuli; recte praecipitur de deriuante et
p. 377. reuellente venaeſectione; damnatur ſectio iugularium et arteriarum; vtilitasque ſectionis venarum pe-

dis

dis in lochiis et menſtruis ſuppreſſis, in ophthalmia repetita brachialium ſectione non tollenda, illius vero venarum brachii in haemorrhagia vteri et inflamma- p. 378. tione inteſtinorum, vti et hirudinum in hepatitide, exemplis comprobatur, in ſola denique haemoptyſi, p. 376. et inflammatione pulmonum, rariſſime vel nunquam ab arteriis bronchialibus pendente, locus reuulſionis aequiuocus eſſe dicitur.

23. *D.* CAR. STRACKII *noua theoria pleuritidis* p. 397. *verae, et recta eidem medendi ratio experimentis demonſtrata. Mogunt.* 1786. In ſuis aegris ſeptimo, nono, tardiſſime vndecimo die morbum terminari, expectorationem non vere criticam eſſe, ſed potius a relaxatione ſymptomatibus ceſſantibus oborta pendere; veram morbi criſin eſſe ſudores acidos, vrinasue lateritias; morbum neutiquam oriri a ſubito refrigerio, nec a cruſta ſanguinis; hanc potius eſſe effectum febris, quae ad intermittentes referri, et venaeſectio- p. 398. ne, potu ex nitro et oxymelle, extracto Chinae, veſicantibusque curari debeat.

24. CLARII, *chir. Lond. methodus noua et facilis medendi morbis venereis, adi. tr. pract. de gonorrhoea, obſſ. de abſceſſibus et epiſt.* BVCHANI *de inſitione et abſceſſibus variolarum translat. ex Anglic. edit. anni* 1780. p. 399. *in Gallic. Pariſ.* 1785. 8. Apici digiti ſaliua humefacti ter quaterue de die dimidium vel integrum mercurii dulcis granum inferri, eoque interne genas ibi inprimis, vbi ductus parotidis hiat, fricari, antea vero ſaliuam vel deglutiri, vel exſpui, dimidiaque hora poſt primum bibi; idque in praeputio etiam tentari iubet, et ad HVNTERI, CRVIKSHANKII, BVCHANI, KROONII, TVRNBVLLII *et* HOMII applauſum prouocat.

25. *D.* GLAIZII, *med. ocular. ſeren. princ. reg. Comit. Arteſ. nouae obſeruationes practicae de morbis oculi, eorumque cura; opus ſuperſtruct. nouae theoriae, quo Auctor explicat combinatque multas operationis cataractae metho-*

*methodos et proponit diuerſa noua inſtrumenta in vſum
huius operationis, vt et diuerſorum aliorum oculi morbo-
rum. Pariſ.* 1786. 8. *Gallice ſcript.* Obſeruationes
quidem egregiae ſunt, nouam vero theoriam titulus,
non libellus, continet. Qui ante cataractae opera-
tionem, inprimis eorum, qui ad inflammationes diſ-
poſiti ſunt, praeparationem negligunt, iure reprehen-
duntur. Depreſſio praecipitur in aegris peruerſae
p. 400. corporum conſtitutionis, oculosque vel prominentes,
vel lacrymantes, vel mobiles, vel cornea maculoſa
praeditos habentibus. Comprobatur denique PER-
CIV. POTTII de cataractae mollis cum humore aqueo
commixtione, ſolutione et reſorptione obſeruatio.
p. 418. 26. *Epiſtola D.* MATTH. ZACHIROLI *ad D.*
FRANC. AGLIETTVM, *continens meditationes de prin-
cipio operante nonnullorum remediorum d.* 25. *Iunii*
p. 419. 1787. Opinione Ill. ROSAE, quod alimenta aëre,
quem continent, nos nutriant, fulcit ſimilem, quod
p. 420. praecipua medicamentorum virtus ab aëre iis conten-
to pendeat; quaeſtionem, an aër dephlogiſticatus, ſeu
mephiticus e cibis in ventriculo euolutus ante tranſi-
tum in vaſa chylifera qualitatem ſuam perdat, vel poſt-
ea demum cum chylo et humoribus quaſi amalgame-
tur, examine dignam quidem cenſens, hoc vero non
inſtituens. Illam ſuam, quam probabilem eſſe pu-
p. 421. tat, coniecturam illuſtrat variis exemplis. Ita enim
aëre ſuo fixo agere antiſeptica, v. c. acida et aquas mi-
nerales iſtum aërem reſtituendo, vel eius euolutio-
nem impediendo, putrefactionem ſiſtentes; ipſum
p. 422. vinum, mixturam antiemeticam RIVIERII, oleum vi-
trioli, illudque tartari in calculo vtile. Ita ab acido
vel aëre fixo, quem alcalina, lentius vero, nec peni-
tus, aquoſa large pota, abſorbere valeant, indeque
morbum ſopiant, gigni pyroſin. Ita in homine plu-
res libras ſine incommodo edente ex viginti triginta-
ve limaturae ferri granis ob aërem inflammabilem,
(quem

(quem vero aqua pura euolui poſſe, contra Scopolium negatur) ex illis ſucco gaſtrico nimis acido euolutum grauiſſima ſymptomata oborta eſſe. Ita nitri virtutes p. 423. ab aëre dephlogiſticato in eo abundante, eas ſulphuris ab hepatico in omnibus excretis animaduertendo pendere. Ita denique purgantia ſubtiliſſimis et vola- p. 424. tiliſſimis particulis ſuis agere; ebullitione enim eorum cum aqua facta, ac electricitate, quae et, teſte VERATTIO, purgantium manu tantum comprehenſorum vim ad inteſtina propellere valeat, vim purgantem imminui. Adiecta eſt epiſtola D. GALLINI ad D. AGLIET- p. 425. TVM, qui cum illo, diarii huius collaboratore, epiſtolam D. ZACHIROLI communicauerat. In qua hic et Ill. ROSA non diſtincte ſatis loqui, fluidaque aëriformia a vero aëre non ſatis diſtinguere arguuntur; doceturque, medicamenta, aëremque ipſum fixum et p. 427. hepaticum non tanta vi agere, ſi habitum aëreum acquiſiuerint; ipſas aërum baſes aëribus ipſis efficaciores eſſe; NOLLETVM denique VERATTII experimenta iam refutaſſe.

27. BENJ. BELLII, *membr. coll. r. chir Hibern. et* p. 466. *Sect. chir. noſocom. reg. et ſoc. r. ſcient. Edinb. ſyſtema chirurgiae tabb. aen. illuſtratum Vol. I. Edinb.* 1785. 8. *Angl. ſcript. recenſ. a* PANZANO. Cap. I. ſutura- p. 467. rum generibus, ſpuriae vel ſiccae, veraeque vel cruentae ſubſtituit, vt ſpecies, interruptam, continuam, ſpiralem a pellione dictam, et conuolutam. In qua inflammationis praecauendae gratia faſciam ita applicari iubet, vt acus traiectae liberae maneant. Cap. p. 468. II. de ligaturis arteriarum, remediisque haemorrhagiam ſiſtendi agente praecipit, vt arteriae ad AITKENII normam plane denudentur, vulnusque, ſi pre- p. 469. hendi nequeant, ideo dilatetur. Cap. III. ſect. I. de venaeſectione in genere. Praefertur lanceola. Sect. p. 470. 2. de ecchymoſi. Solutio ſalis ammoniaci acetoſa commendatur. Sect. 3. de vulneribus arteriarum.

Flumine

p. 471. Flumine ex arteria in venam ſolam ruente damnatur compreſſio, laudatur depletio, vſque dum vulnus conglutinetur, repetenda. Sect. 4. de vulneribus tendinum et neruorum, quorum cauſam non eſſe inflammationem venae, ſed lanceola factam plenariam venae pertuſionem. Saturnina, hisque non iuuantibus reſciſſio neruorum et tendinum commendatur. Sect. 5 – 7. de ſectione venarum brachii, iugularium, malleoli et pedis. Sect. 8. de arterio-
p. 472. tome forte nunquam neceſſaria. Sect. 9. de aliis localibus venaeſectionibus et ſcarificationibus. Cap. IV. Sect. 1. de aneuryſmate vero, quod encyſticum, ſpurio, quod diffuſum vocat, quae vero genera parum differant, et varicoſo. Sect. 2. de cura eorum.
p. 473. Nocere compreſſionem in ſpurio, prodeſſe in vero, tum autem ſolam arteriam, minimumque venam, depletione prius facta, anodynisque datis, comprimendam eſſe. Valde noxiam eſſe ſuturam conuolutam ad margines vulneris arteriae conglutinandos a LAMBERTO praeceptam; in aneuryſmatis vero operatione ad omnia bene, minimoque aegri incommodo diuidenda opus eſſe ſcalpello ancipiti (*biſturino*), aliquantum recuruo, et obtuſo, quod hic de-
p. 474. pictum eſt. Cap. V. de herniis, ſect. 1. in genere.
p. 475. Incarcerationem a rigiditate partium prolapſarum pendere, et in ea largiſſimas venaeſectiones, balnea tepida, epithemata frigidiſſima ex aceto et ſaturninis, clyſmata ex nicotiana et opio alternatim iniecta, et opiata interna adhibenda eſſe. Sect. 2 – 8. de bubonocele, hernia congenita, crurali, vmbilicali, ventrali, foraminis oualis, et veſicae. Cap. VI. – IX. de hydrocele, varicocele, ſarcocele, haematocele. Cap.
p. 476. X. de morbis penis, ſect. 1. de phimoſi, et 2. de paraphimoſi. In ſumma inflammatione vaſa turgida apice lanceolae ſcarificanda eſſe. Ad ſectionem in paraphimoſi ſcalpellum anceps occultum, ad eam in phimoſi

phimoſi aliud, icone repraeſentatum, communi her-
niario parum diſſimile, commendatur. Sect. 3. de
amputatione penis. Reiicitur ligatura arteriarum p. 477.
et turundae; commendantur depletiones largiores,
anodyna, et puluilli gummi arabico inſperſi. Vene-
tiis apud BASEGGIVM libri huius verſio Italica, alia-
que quartae anglicae editionis *elementorum medicinae
practicae Culleni* notis *Boſquilloni* aliisque aucta apud
BETINELLVM proditura eſſe dicitur.

28. *Hiſtoria et acta ſocietatis regiae medicae an.* p. 482.
1783. *P. II.* 4. *Pariſ.* 1784. *Gallice ſcript.* Prae p. 484.
miſſis monitis, in morſu a rabidis animalibus ad cu-
ram localem praecipue attendendum eſſe, non om-
nes morſos, vel quia venenum prioribus morſibus
iam fractum fuerit, vel quia interdum vehementiſſi-
ma venena oeconomiam animalem turbare non ſo-
leant, rabioſos fieri; ſaepe dubium eſſe, an mordens
animal vere rabioſum fuerit; ſymptomata hydropho-
biae timore vel terrore augeri, ab omni cutis lace-
ratione, neruearumque fibrillarum laeſione grauiſſi-
ma ſymptomata produci: traduntur variae cum ſo-
cietate communicatae obſeruationes. Prioribus p. 486.
quindecim vulneris curam ad ſexageſimum vſque
diem protractam, moſchique, camphorae, alcali vo-
latilis et antiphlogiſticorum virtutem teſtantibus,
hydrophobia feliciter praeſeruata comprobari fertur; p. 485.
ſeptima et nona vero hydrophobiae iam declaratae
et funeſtae exempla referunt, octoque aliae ob du-
biam in mordentibus rabiem huc referendae non
erant: vndecim ſequentes obſeruationes hydropho- p. 486.
biam veram et letalem attinent; harum vero vna
exemplum refert iuuenis non hydrophobia, ſed qua- p. 487.
tuor vulnerum grauitate, peruerſaque curatione cor-
repti. Quatuor de hydrophobia vere ſpontanea, p. 488.
non vltra ſeptem dies durante, ſaepe iam quarto die
letifera, obſeruationum tertia aegrum refert ob fra- p. 489.
tris

tris minas ira et terrore perculſum, de ſumma inprimis pectoris conſtrictione, ipſiusque aëris leuiſſime moti impatientia conqueſtum, quinto die denatum,
p. 491. in cuius cadauere pulmones pleurae, mediaſtino et diaphragmati firmiter adhaerentes, turgidi, maculisque nigris obducti, inteſtina tenuia inflammata, aëreque plena, colon et rectum conſtricta, vacuaque fuerunt, foetidiſſimo et quaſi ſuffocante aëre ex abdomine exhalante. Ex adiecta ſcriptorum de natura et cura hydrophobiae ad ſocietatem miſſorum epitome notabilis eſt obſeruatio SALVAE de hydrophobia ſpontanea, quarto die ſatyriaſi accedente, quae tamen frequentius illi ſuperuenire, eamque plerumque die ſeptimo letalem reddere ſoleat, et de phae-
p. 492. nomeno hoc conſenſum inter generationis et deglutitionis organa comprobante; nec reticendum, experimentis patuiſſe, veneno viperarum nullam eſſe
p. 493. vim contra rabiem, id irritationem potius augere.
p. 521. Ex tribus proemio ornatis, tribusque tantum laudatis commentationibus de hydrophobia *) ſequentia
p. 522. notatu digna ſunt. Hydrophobiam ſpontaneam a ſpecifica extremitatum neruorum, inprimis inteſtinalium, exſiccatione vel acrimonia humorum pendere; ortam eſſe in puero glandulis fageis ſemiuſtis veſcente; in ea, rariſſima et letali, palliatiuam tantum curam valere, pharyngemque et organa dige-
p. 524. geſtionis inflammari; cauſam hydrophobiae contagioſae cadauerum ſectione non patere, Cl. ROUX
p. 523. docuit. Idem et BAVDOT **) ſaliuam animalium
p. 526. rabidorum ad fauces non propelli, nec contagioſam, nec humoribus noſtris affinem eſſe, irritandoque
p. 527. tantum nocere, BOUTEILLE vero carnem, omnesque rabidorum humores, ſaliua excepta, innoxios cenſens, hanc materialem morbi cauſam, faucibusque

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXV. p. 338. ſq.

**) Ille, quem l. c. CAUDOT diximus.

que affinem eſſe, ſentit, impotentiamque liquida deglutiendi, vt praecipuum morbi ſymptoma, agnoſcit. p. 525. Vulnus ad fundum vſque dilatari et ſcarificari, aqua saponis lauari, linteis carptis ſiccis tegi, ſi ſanguinem fundere ceſſet, ſoluto butyro antimonii tangi, interne veſicantibus obduci, et quo certe ad quadrageſimum vſque diem ſuppuret, cauterio ex gentiana vel iride Florentina attingi iubet, duoque exempla, in quibus forte ideo, quod vulnus ad fundum vſque penetrare neglectum fuerit, methodus haec non ſucceſſerit, refert Cl. ROUX. In ſcarificatione et ſuppuratione diutiori vulneris conſentiunt BONEL DI MENDA*) et BOUTEILLE, qui etiam ſuadet, vt vulnera ſanguiſugis vel a capite damnatis exſugantur, diuque denſo fumo exponantur, et cum BAUDOTO, vulneri oleum oliuarum calidum mane et veſpera illinente, aquam ſalinam et alia ad eluendum vulnus commendat. Omnia haec inutilia cenſet MEZLERVS, qui ferrum candens vulneri admoueri, partemque morſam amputari iubet, et cum Cl. ROUX mercurialia, a MALTEIEU, largiſſima doſi, et ne noceant, acidis iuncta, in ipſa declarata hydrophobia vt ſpecifica commendata (inunxit enim hic ſolis duabus vicibus ſexagenariae tres, iuuenique paucis diebus duodecim vncias cum dimidia) inutilia et noxia iudicat. BONEL DI MENDA vero mercurialibus inunctis, et primum mercurio dulci cum ialappa et diagrydio, tum crudo terebinthinae iuncto cum rhabarbaro, colocynthide, et gummi guttae in pilulis primo die doſi drachmae vnius, tum granorum quindecim datis cum P. DV CHOISEVL octingentos ſanauiſſe gloriatur. BAVDOTVS, cuius obſeruationes octodecim annorum ſpatio factae, ad ſocietatem vero

p. 530. p. 528. p. 527. p. 531. p. 530. p. 562.

*) Is, qui nobis l. c. BONNEL DE LA BRAGERESSE audit.

ro ob eius mortem non limatae miſſae ſunt, et BOUTEILLE vulneri mercurialia tam caute inungunt, ne ptyaliſmus oriatur. Alcali volatilis guttas duodecim quotidie dare, externeque vulneri vt ſpecificum
p. 529. applicare ſolet Cl. ROUX. Eidem, vt et Valerianae, foliis aurantiorum, moſchoque cum nitro mixto ad ſudores, aegris profuturos, promouendos, venaeſectioni et balneis ad aegros, (quos ſubito in aquam iniicere periculoſum ſit,) placandos, multum tribuit; opium, quum neruos debilitet, deglutitionemque magis impediat, ſumma cautione propinari, gulaeque oleum vulgare, et ſpiritum cornu cerui inungi iubet Cl. BOUTEILLE.

p. 495. 29. CLAVDII REVILLONI, *Prof. med. et ſoc. var. acad. diſquiſitio cauſae affectuum hypochondriacorum, vel eorum morborum, qui vulgo vapores audiunt; nov. edit. notabil. auct. Pariſ.* 1786. 8. *Gallice ſcript.* Quum in quatuordecim prioris editionis anni 1779. epiſtolis experimentis cum machina Sanctoriana factis perſpirationem imminutam, vt affectuum illorum cauſam, comprobauerit; in huic editioni additis octo epiſtolis experimenta cum electrometro LANII in aegris hypochondriacis vel hyſtericis per integrum
p. 496. annum feliciter facta tradit, aſſerens, aërem electricitate abundantem hominibus, terram hoc fluido pleniorem vegetabilibus magis conducere; affectus illos nec a lympha acri, nec ab organorum nimia teneritate, nec ab imaginatione deprauata pendere; in aegris, quibus perſpiratio ob diaetae errores imminuitur, negatiuam, in iis vero, quibus id ob digerentium viſcerum debilitatem contingit, poſitiuam electricitatem adhibendam eſſe. Aegris iſtis tandem victum vegetabilem, legumina, et motum, non autem vrbanis vitam ruſticam commendat.

p. 509. 30. ANGEL. RIBOLI, *chir. aſſiſt. in r. noſoc. mai. Mediol. obſeruationes practicae de vſu ignis, vt auxilii*

chirurgici. Mediol. 1787. 8. *Italic. ſcript. recenſ. a* PANZANO. Quatuordecim obſeruationibus confirmat vim cauterii actualis in variis morbis refractariis irri- p. 510.
tantia deſtruendo dolores et ſpaſmos ſopientem, novosque dolores excitando, infarctus reſoluendo, ſen- p. 511.
ſum et motum in paralyticis revocantem; demonſtrata ſimul eius antiquitate, et a potentiali, cui an- p. 512.
teceſſat, differentia.

31. *Tabulae vitalitatis compoſitae a* D. IOS. TOAL- p. 537.
DO *Praepoſ. SS. Trinit. prof. et acad. Patau.* 4. 1787.
Patau. Ital. ſcript. Laudato MOIVRII a FONTANA p. 538.
in Italicum ſermonem verſo, et omnia, quae ad illam materiam ſpectant, ſcriptoresque de ea, comprehendente libello, TOALDO primus Italorum hac de re ſcripſiſſe fertur. Ex indicibus plurium, quam quinquaginta mille, mortuorum regionis Triuigianae, in quibus montani, ruſtici, coenobitae, et in ſpecie monachi, Hebraeique ſeorſim indicantur, ap- p. 539.
paruit, vitam mediam infantibus, qui annum primum non attigerunt, incluſis, duodetriginta annorum et trium menſuum ſpatio, iis excluſis quadraginta et vnius anni nouemque menſium ſpatio compleri poſſe, minorem mortalitatem inter decimum et vigeſimum aetatis annum locum habere; annos a ſeptuageſimo ad ſeptuageſimum et quintum vſque annum vere criticos eſſe, quibus ſuperatis probabilitatem viuendi increſcere magis quam decreſcere, hanc vero maximam eſſe ſexto ſeptimoue anno ſuperato; falſam eſſe de ſeptimo, nonoque numero, eorumque productis, vt climactericis opinionem; in- p. 340.
fantum quartam, et in nonnullis regionibus tertiam partem annum primum, et ex his dimidiam partem, magisque ruri ob aërem frigidum, cui in templa deportati exponuntur, octauum diem non attingere; maiorem denique eſſe mortalitatem inter Chriſtianos, quam Hebraeos; inter ruſticos, et in ſaluberrimis

 locis

locis viuentes, quam vrbanos; inter feculares, quam coenobitas; inter viros quam feminas; inter facerdotes (*religiofi*), quam monachos.

V.

Abrégé de l'hiftoire naturelle des quadrupedes vivipares et des oifeaux. Par Mr. HOLANDRE, Docteur en médecine, Directeur du cabinet d'hiftoire naturelle de S. A. S. Monfeigneur le Prince Palatin, Duc regnant de Deux-Ponts, Correfpondant de la focieté royale de médecine de Paris, membre honoraire de la fociété des antiquités de Caffel. Aux Deux-Ponts, chez Sanfon et Compagnie. 1790. in 8.

i. e.

Compendium hiftoriae naturalis animalium quadrupedum viuiparorum et auium. Auctore HOLANDRE.

Compendium, cuius hoc loco mentionem facimus, non eft opus imperfectum, vt titulum intuens aliquis credat; hactenus tantummodo compendii nomine infignitur, quod auium quadrupedumque hiftoriam a difputationibus fuperfluis rerumque incertarum alienarumue admixtione liberam fiftit. Clar. auctor folummodo hoc fpectat, vt, quae funt fcitu neceffaria, paucis doceat; quo confilio diligenter omittit, quae folam oblectationem promouent, potiusque facta, quorum veritas certo demonftrata eft, fimpliciter exponit, fingulaque corpora naturalia accurate defcribit.

Praeter breuitatis laudem huic libro magna inde accedit commendatio, quod omnes huiusmodi libros contentorum copia antecellit. Continet enim plus

200

200 ſpecies auium ab Ill. BVFFONO omiſſas, quarum plurimae hic primum deſcribuntur. Vt opus non modo veris hiſtoriae naturalis amatoribus, verum etiam iuuentuti primis huius diſciplinae elementis imbuendae vtile redderetur, plus quam 70 figurae additae ſunt, maximam partem ad naturam expreſſae coloribusque ſumma cum cura diſtinctae, vna cum multis aliis, quae varias ſpecies auium nuper repertas ſiſtunt. In his reperitur icon phaſiani galli agreſtis, maris, feminaeque, a clariſſ. SONNERATO in mediis montibus peninſulae Indiae reperti.

Hoc opus ſex in partes diuiſum tribus voluminibus forma octaua comprehendetur. Vnum volumen quadrupedibus dicatum eſt, auesque 376 exhibentur. Qui ſubſcripſerunt, quatuor operis miſſus, duos quadrupedum totidemque auium, accipiunt. Quilibet miſſus conſtat 48 libris Gallicis, adeoque totum opus 192 libris.

Contextus, quem paginae circiter 1200 forma octaua maiore comprehendent, a viro conſcriptus eſt, qui non modo inſigni hiſtoriae naturalis ſcientia excellit, verum etiam iudicio pollet, eoque ſtilo, qui tali operi maxime conuenit, hoc eſt claro diſtinctoque vtitur. Figurae maximam partem ad naturae ductum a pictore praeſtanti deſignatae eodemque curam rei gerente ab artificibus haud vulgaribus elaboratae ſunt.

VI.

Obſervations chirurgico - legales ſur un point important de la juriſprudence criminelle, lues à la ſéance publique de l'Academie des ſciences de Dijon, le 20 Decembre 1789. Par le Profeſſeur CHAUSSIER. A Dijon, et ſe trouve à Paris, chez Barrois le jeune, libraire, 1790. in 8, de 60 pages.

i. e.

Obſeruationes chirurgico - legales ſuper argumento graui iurisprudentiae criminalis, praelectae in conſeſſu publico academiae ſcientiarum Diuionenſis, die 20 Decembr. 1789. Auctore Profeſſ. CHAUSSIER.

p. 5. „Acerrimum legum ſtudium, ſumma prudentia „maximaque integritas in iudice non ſemper „ſufficiunt, vt iudicium certum feratur; dantur enim „caſus, qui variarum rerum cognitionem exigunt. „Huc maxime illos caſus referas, vbi de morbis, vul„neribus aut indagatione cauſarum mortis agitur. „Hic facile homo vel maxime attentus apparentia „fallitur, niſi ſimul legum organiſmi animalis cogni„tione experientiaque inſtructus eſt, quam ſola pra„xis ſuppeditat, cuius que vices ratio atque conſilium „nunquam poterunt ſuſtinere."

Hac ratione clariſſ. CHAUSSIER orditur. Scriptio eius ſuggerit obſeruationes perquam vtiles ad regendum chirurgi conſilium, qui a iudice in auxilium vocatus eſt. Ad illas enim animum aduertens ſcopulos certo euitabit, ad quos ſaepe alliduntur obſervatores vel ſolertiſſimi. Quid enim? Semperne mors recte deriuatur a rixa nuper exorta? Nonne ſubinde contuſio leuiſſima vulnusque ſimpliciſſimum, quale primis diebus viſum fuerat, degenerare poſſunt? Quod ſi fit, talia vulnera morborum diuturnorum grauiumque characteres conſequantur. Neque raro vulneratus vindictae cupiditate, iracundia ſuaeue vtilitatis ſtudio mouetur, vt iniuriam exaggeret, adeoque interdum dolores morbosque ſimulet, quibus haudquaquam afficitur. Quid, quod ſaepe reperti ſunt, qui animi motibus maxime vituperandis adeo occoecarentur, vt iniuriis ſeſe temere exponerent,

con-

contumeliam quodammodo prouocarent, rixae leuis occasionem cupide arriperent ad turbas grauissimas ciendas, adeoque sibimet ipsis contusiones aut vulnuscula infligerent? Nonne eo constat hominum malignitatem prodiisse, vt vel cadauera contumeliis afficerentur, mutilarentur, inciderentur, frangerentur? Haec facinora a nostro diligentissime enodantur. Praeterea de testium fide differitur, vitiaque enumerantur in chirurgorum iuratorum responsis obuia, cuius disputationis partem cum lectoribus communicabimus.

„Qui summam considerat responsi chirurgici in „processu criminali necessitatem ad iudicem solan„dum, reorum vitam famamque tuendam, denique „ad ordinem, quo salus publica nititur, seruandum, „quique perpendit, quantum curae, attentionis so„lertiaeque tale responsum postulet, haud difficulter „sibi persuadeat, talis responsi consignandi prouin„ciam concreditam esse viris bene meritis, probis rei„que peritissimis, regulasque ac cautelas legibus esse „praescriptas, ad quas responsorum chirurgicorum „veritas exigatur, quibusque vitia eorum caueantur, „saltim mox agnoscantur, vt tolli possint. At enim „vero fatendum est, rem longe aliter habere. Vbiuis „fere responsorum conficiendorum ius elocatur aut „argento redimitur, adeoque saepissime a chirurgis „admodum iuuenibus rudibusque exercetur.“ p. 16.

Hoc tempore, quo regni sui regenerationem Galli moliuntur, clariss. CHAUSSIER haec tria remedia plurimorum incommodorum proponit, quae in responsis chirurgorum iuratorum saepe reperiuntur. 1) Cogendi sunt chirurgi, quibus visitationes demandatae sunt, vt formulam aut methodum constantem immutabilemque in responsis conficiendis sequantur. Scilicet secundum formulam ordinariam vsuque receptam exponendum est, quid ante visitationem acci-

 derit,

derit, deſcribendusque ſtatus vulnerati, denique docendum, quid ex viſitatione conſequi videatur. 2) Viſitatio perquiſitioque vulnerati ſemper ſunt coram duobus teſtibus aut adiunctis ſecundum decretum ſenatus nationalis ſuper reformatione iurisprudentiae criminalis inſtituendae. 3) Reſponſum ſemper in ipſo viſitationis loco ſcribendum eſt. Haec regula iam pluribus decretis praeſcripta fuit, quae quanquam ſunt admodum diſtincte expreſſa, tamen perraro obſeruantur. Etenim aſtuti homines ſemper eorum ſubterfugiendorum rationes ſpecioſas praetendunt.

Vt haec vtiliſſima, ſed mire neglecta, artis ſalutaris pars in integrum reſtituatur, noſter ſuadet, vt in omnibus chirurgiae collegiis curſus publicus annuusque chirurgiae aut medicinae legalis inſtituatur, nec vllus chirurgus ad reſponſa conficienda adhibeatur, niſi prius conſtet, eum illas ſcholas aſſidue frequentaſſe, atque ipſe examen ſuper hac grauiſſima artis ſalutaris parte publice ſubierit. Sic breui tempore fiet, vt chirurgi in Gallia reſponſorum iuridicorum ſcientiam perficiant, adeoque hoc nomine chirurgorum Germanorum laudem aſſequantur. Ad finem huius ſcriptionis grauiſſimae articuli ſequentes exſtant.

Articulus I. „Sublatio officiorum chirurgi medi„cique iurati.“

Artic. 2. „Poteſtas ſit iudici nominandi eligendi„que, qui fide digniſſimi viſi fuerint, aut qui imperata „exſequi optime poſſint.“

Artic. 3. „Nec minus neceſſarium eſt, vt formula „reſponſorum generalis definiatur, ne obiecta varia „confundantur.“

Artic. 4. „Vulnerati ſemper coram duobus ad„iunctis ordinariis viſendi.“

Artic. 5. „Quoties cadauer inquirendum diſſe-

„can-

„candumque eſt, praeter duos adiunctos ordinarios „tertius extra ordinem conſtituatur, qui ſemper ex „claſſe medicorum practicorum deſumatur."

Artic. 6. „Reſponſum ſemper ſcribendum in ipſo „viſitationis loco coram adiunctis, qui nomina ſub-„ſcribant."

Artic. 7. „Tum reſponſa deponenda intra viginti „quatuor horas in cuiusque loci archiuo (*greffe*) „cumque iudice communicanda, atque illico exem-„plar eorum accurate deſcriptum mittendum ad ca-„meram verificationis (*bureau de verification*)."

Artic. 8. „In cuiuslibet prouinciae metropoli „camera verificationis pro reſponſis chirurgicis in-„ſtituenda."

Artic. 9. „Rationes ſententiae eorum, quibus ve-„rificationis officium incumbit, in exemplo reſponſi „ſcribantur, quod ſtatim ad iudicem remitten-„dum eſt."

Artic. 10. „Si reſponſum a camera verificationis „reprobatur, iudex ſecundam viſitationem per alios „fieri curabit: ſin probatur, reſponſum vtpote pro-„bandi vi praeditum ad proceſſum admittetur."

Artic. 11. „Tum in facultatibus iuris tum in „collegiis chirurgiae curſus publicus chirurgiae aut „medicinae legalis inſtituendus."

Artic. 12. „Ne quis chirurgus nec pro vrbibus, „nec pro pagis recipiatur, niſi has ſcholas frequen-„tarit, publiceque ſuper hoc argumento tentatus „fuerit."

Ex iis, quae diximus, facile apparet, clariſſ. aucto-rem in artis ſalutaris legislatoribus locum mereri.

VII.

Diſſertation ſur l'Ellebore, ſes différentes éſpeces, ſes propriétés médicinales; ſur les pillules toniques du Docteur Bacher, et l'oximel du

Chirurgien Mages, dont l'Ellebore eſt la baſe. Par Mr. BUC'HOZ. A Paris, chez l'auteur, rue de la Harpe, No. 109. in fol. de 9 pages, avec figures coloriées. 1789. prix 6 livres.

i. e.

Diſſertatio de Helleboro, variis eius ſpeciebus etc. Auctore BVC'HOZ.

Clariſſimus BVC'HOZ, qui plantarum vtilium deſcriptioni ingenii vires conſecrare pergit, hac in diſſertatione hellebori naturam variasque ſpecies numero quinque fuſe accurateque deſcribit. Cum breues eſſe debeamus, tantum de veterum helleboro nigro verba facimus. Haec planta foliis ſemper viridibus et digitatis florem gignit amoenum, roſaceum, fere album, interdumque purpureum.

Radicis vſus in medicinam ab antiquiſſimis inde temporibus receptus eſt. PARACELSVS quidem integrum volumen ſuper helleboro nigro compoſuit. BACHER, pater, clarus Alſatiae medicus, pilulas tonicas inuenit, quarum baſis eſt extractum radicis hellebori. Reperiuntur hae pilulae, cum adhuc ſint officinales, in optimis diſpenſatoriis vrbium Galliae maiorum. Eximiae ſunt vtilitatis in hydrope: facile ſoluuntur in ventriculo maxime debilitato, fibris vigorem amiſſum reddunt, humorum ſtagnantium motum reſtituunt, ſecretiones ac percolationes promovent, per omnes vias excretorias mitiſſime operantur: quae virtutes ſane ſunt perquam accommodatae ad pleroſque morbos chronicos, adeoque hypochondriacas hyſtericasque paſſiones ſanandas. Vires earum maxime in eo conſiſtunt, quod motum oſcillatorium vniformem mechaniſmo organorum ſecretoriorum et excretoriorum languentium reddunt. Vſus earum diu continuandus, vt motuum periſtalticorum

corum vniformitas reſtituatur. En formulam, quam BACHER in iis parandis ſecutus eſt.

„Sumantur vncia extracti hellebori, tantundem „myrrhae ſolutae, cardui benedicti puluerisati tres „drachmae cum ſcrupulo: maſſa fiat ſecundum artis „regulas, quae in aëre ſiccanda, donec apta fiat ad „pilulas formandas, quarum quaeuis granum dimi„dium pondere aequet. Totius rei cardo vertitur „in praeparatione diligenti extracti Hellebori nigri, „plurimumque refert, helleborum bonum hanc ad „rem adhiberi. Optimus helleborus, qui ceteris „omnibus praeferri meretur, in Heluetia naſcitur, „eſtque diſtinguendus a variis helleboris ibidem ob„viis, inprimis ab helleboro foetido, quem ſeplaſiarii „nihil diſcriminis inter foetidum nigrumque facien„tes vendunt. Nec minus ad tempus attendendum „eſt, quo radix colligitur, quae ſola pars eſt plantae „vſu recepta. Profecto ſi menſibus ſeptembri et „octobri e terra effoditur, multo plus reſinae gum„matisque continet, fibrisque eſt magis compactis „ac fragilibus. Ad extractum parandum primum „radix hellebori in puluerem parum ſubtilem com„minuitur: huic pulueri tantum ſpiritus vini alcali„ſati infunditur, vt ille perfecte humectetur: haec „irrotatio poſt duodecim horas iteratur.“ p. 5.

„Hic liquor partes radicem hellebori conſtituen„tes penetrat, diuidit diſſoluitque, ſic vt causticae ac „deleteriae poſtea facile ſeparari et euaporationibus „repetitis auferri queant: imo ſtatim hellebori odo„rem acrem et nauſeoſum fugat, cuius locum qui „occupat, ſaponaceus videtur nec iniucundus eſt. „Duodecim horis poſt ſecundam irrotationem elapſis, „vinum infunditur. Hac ratione etiam illae partes „reſinoſae extrahuntur, quae primi menſtrui vires „eluſerunt. Ad hoc cum ſucceſſu adhibetur vinum „Rhenanum generoſiſſimum, quod ſi deeſt, vina Bur-

„diga-

„digalensia (*vins de Grave*) optima sumi poterunt. „Materiae in vasis fictilibus positae adfunditur sufficiens vini quantitas, quae per 48 horas in illam agat „necesse est. Quod vini euaporando abiit, aut radices penetrauit cumque iis coaluit, diligenter resarcitur, sic vt semper massa strato vinoso sex digitorum transuersorum contegatur. Vbi haec infusio „48 horas durauit, decoctio expressioque, vti prius, „instituuntur. Tum commiscentur liquores extracti, „reiiciturque tanquam inutilis massa residua, quae sapore et odore fere caret. Euaporatio huius liquoris sequenti modo peragitur. Coquuntur in vase „argenteo duae partes aquae purissimae. Quae dum „ebullit, vna pars decocti Hellebori admiscetur, quod „prius spatula est versandum, vt resina fundum vasis „facile petens cum ceteris partibus extractis accurate „commisceatur. Diligenter curandum est, ne vas „argenteum ad margines vsque adimpleatur: alioquin liquor intumescens inter operationem facile „vasis margines transscendit. Etiam ignis est moderandus, et euaporatio tamdiu protrahenda, donec „liquor syrupi consistentiam nactus est."

p. 6. „Tum idem labor iteratur. Scilicet liquor extractus denuo cum aqua coquitur, euaporandoque „ad syrupi consistentiam inspissatur. Hac in operatione eadem, quae in priore, valent, tum quod spectat aquae quantitatem, quae ebulliat oportet, antequam extractum admiscetur, tum quod ad vitandam „liquoris tumescentiam, quae facile contingit, attinet. „Post in aliud vas liquor transfunditur. Vbi omnis „liquor alteram operationem subierit, euaporatione „lenta in consistentiam extracti cogitur, quod dum „fit, spatula lignea continenter versandus est. Quo „facto vas ab igne remouetur, nonaque pars spiritus „vini generosi paullatim adfunditur, qui in ipso vase „cum extracto diligenter permiscetur. Hic spiritus

„calo-

„calore admodum modico protinus euaporatur: „hacque methodo tandem obtinetur extractum hel„lebori nigri cum parte vini extractiua intime com„mixtum.“

„Quod ad myrrham attinet, eius praeparatio se„quenti ratione peragitur. In puluerem crassiorem „redigitur, perque cribrum e pilis contextum com„pellitur. Tum vasi sat aquae tenenti immittitur. „Igne modico hanc aquam subit. Haec solutio ad„huc calens per linteum traiicitur, quodque in linteo „restat, diligenter exprimitur. Myrrha tali modo „soluta igni mediocri exponitur continenterque agi„tatur, vsque dum consistentiam extracti nanciscatur.“

„Praeparatio cardui benedicti in eo consistit, vt „folia huius plantae ante eius fecundationem collecta „inque sole siccata puluerentur. Hic puluis per cri„brum sericeum mittitur.“

„Secundum BACHERI sententiam hae regulae, „quarum nulla sua caret vtilitate, religiosissime ser„vandae sunt. Ipsa corpora, quae hanc compositio„nem efficiunt, affirmat esse lectissima. Inprimis „curandum est, vt spiritus vini admodum generosus „vinumque praestantissimum adhibeantur.“

Clariss. CHOMEL in suo libro de plantis vsu receptis radicem hellebori nigri sub forma cauteriorum ad morbum anno 1748 grassantem a vaccis arcendum cum successu commendauit. Eius infusio melle edulcorata tanquam maniae remedium laudatur. Quoties ad aluum ciendam propinatur, semper corrigentia adiungenda sunt.

VIII.

Dissertation sur le Pain des Hottentots, espèce nouvelle, découverte par Mr. Thunberg, faisant partie d'un nouveau genre, créé par Mr. de

de Linné fils, actuellement en fruit dans les ſerres chaudes du jardin du Roi, dont la moëlle du tronc, après être fermentée, ſert dans l'Afrique, à faire des petits pains à gâteaux, propres à nourrir les Habitans. A Paris, chez l'auteur Mr. BUC'HOZ, rue de la Harpe, 1789. in fol. avec figure coloriée.

i. e.

Diſſertatio de pane Hottentottorum, planta nova a THVNBERGIO detecta. Auctore BVC'HOZ.

Panis Hottentottorum a LINNAEO filio in ſupplemento plantarum deſcriptus ac *zamia cycadis* dictus planta eſt cryptogamica e filicum ordine. Iconem eius inſerendam curauit THVNBERGIVS novorum actorum Vpſalienſium tomo ſecundo, cuius tabula quinta illam ſiſtit. Is primus hanc plantam in promontorio bonae ſpei reperit. Poſtea ibidem SPARMANNO viſa eſt.

Medulla, cuius magna vis in huius plantae trunco continetur, ab Hottentottis colligitur. Pelli eam vitulinae praeparatae immittunt. Hanc pellem ſub terra defodiunt, defoſſamque per plures dies adeoque hebdomadas ſeruant, donec medulla ſat tenera fiat, vt cum aqua ſubigi poſſit. Ex hac maſſa panes exiguos aut placentas efformant, quae ſub cinere coquuntur. Alii minus delicati tantummodo medullam exſiccant torrentque, vt ea veſci poſſint. Itaque haec medulla magnam in iſtis terris vtilitatem praeſtat, neque minus in coloniis prodeſſet, ſi planta eam continens diligenter coleretur. Etiam nuclei huius plantae materiam farinoſam tenent, quae ad panem faciendum commode poterit adhiberi.

In Gallia haec planta per hiemem in caldariis eſt colenda. Seminibus multiplicatur, tardiſſimeque creſcit.

Praeter

Praeter panem Hottentottorum hoc ipſum genus aliam ſpeciem, *zamiam pumilam*, complectitur. Haec a noſtro pariter deſcribitur, etſi hucusque eius vires in medicina, oeconomia artibusque ignorantur.

IX.

Mémoires de la Société des Sciences phyſiques de Lauſanne. Tome prémier. Année 1783. A Lauſanne, chez Mourer, 1784. 4. de 322. pages, avec figures.

i. e.

Acta ſocietatis ſcientiarum phyſicarum Lauſonenſis. Tomus primus.

Haec ſocietas academica quotannis inde ab anno 1783 ſociorum ſuorum labores emittit, quorum recenſum noſtris in commentariis dabimus.

Diſſertatio ſuper decompoſitione et recompoſitione lapidum per agentia naturalia. Auctore Comite GREG. DE RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 22 *Mart.* 1783. Omnia corpora decompoſitioni obnoxia ſunt, nec foſſilibus magis quam ceteris parcitur. Ill. auctor hac in diſſertatione cauſas decompoſitionis ac regenerationis lapidum fuſe exponit. p. 1.

Tabula animalium quadrupedum ſecundum rationes, quae inter ea intercedunt, ordinatorum, una cum huius tabulae explicatione. Auctore I. P. BERTHOUT VAN BERCHEM. *Praelecta ſocietati die* 26 *April.* 1783. Haec tabula concatenationem zoologicam inde a ſpecie humana vſque ad cruſtacea ſiſtit. Clariſſ. BERTHOVT dum ad animalia ſolidipeda tranſit, monet hanc familiam neutiquam eſſe numeroſam, cum tantummodo tres quatuorue ſpecies comprehendat. Figura horum animalium admodum viſu eſt iucunda: equo inprimis generoſi quid ſuperbique p. 9.

que ineſſe videtur. Amicus eſt ſociusque hominis, in laboribus eum adiuuat, in ſocietatem malorum ac periculorum eius venit, aerumnas, famem ſitimque conſtanter tolerat. — Mira eſt huius diſſertationis ſuauitas.

p. 51. *Deſcriptio machinae ignis auxilio motae (machine à feu) ad aquam tollendam, loca aquis ſtagnantia, inter lacus Neoburgenſem, Biennenſem et Moratenſem ſita, exſiccandi ergo propoſitae a* FRANÇOIS, *profeſſore phyſices. Praelecta die* 3 *Maii* 1783.

p. 54. *Cogitata ſuper belemnitis et petrefactis quarzoſis, vna cum nonnullis coniecturis de formatione montium primitiuorum. Auctore Com.* G. de RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 17. *Maii* 1783. Poſteaquam ill. auctor expoſuit, quid de belemnitarum formatione ſentiat, de ligno petrefacto quarzoſo diſſerit, ſuas ſuper origine montium primitiuorum coniecturas cum lectoribus communicat, figurasque addit, quae eius cogitata illuſtrent.

p. 67. *Deſcriptio aliquot ſpecierum nouarum aut minus cognitarum roſae, nouaeque ſpeciei acoris. Auctore* REYNIER. *Praelecta die* 24 *Maii* 1783. Roſarum genus, etiam quod ad earum ordinem ſyſtematicum attinet, vere ſpinoſum eſt. De tenebris, quibus inuolutum eſt, omnes queruntur, quotquot eius ſpecies dirimere ſtudent. Fruſtra hoc nomine natura roſis colorum pulchritudinem odorisque ac formae ſuauitatem dedit. Solummodo comparatione roſarum agreſtium diligenti et cultura fieri poteſt, vt ſingulae ſpecies ab aliis certo diſtinguantur. Hoc ita praeſtitit clariſſ. REYNIER in roſa vernali (*roſier printannier*), repente (*rampant*) et multiflora (*multiflore*), quae omnes ſunt Heluetiae indigenae, vt botanicorum plauſum mereatur. Ad finem huius diſſertationis refert de noua aceris ſpecie ad Alpium radices reperta.

Deſcri-

Deſcriptio oculi mundi noui. Auctore Com. G. DE RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 5 *Iul.* 1783. Hic lapis peculiaris naturae aquae innatat, linguaeque vt terrae bolares margaceaeque adhaeret. p. 72.

76. *Deſcriptio itineris per Heluetiae partem (aux environs de Vevay et dans une partie du bas Vallais) facti. Auctore eodem. Praelecta die* 12 *Iul.* 1783. Haec deſcriptio maxime ob mineralogicas obſeruationes laudanda eſt. p. 76.

Diſſertatio de reagentibus eorumque vſu in analyſi aquarum mineralium. Auctore STRUVE, *chemiae profeſſore. Praelecta die* 19 *Iul.* 1783. p. 95.

Diſſertatio ſuper nebulis electricis Iunio Iulioque anni 1783 *viſis, terraeque motu, qui Lauſoni die* 6 *Iul. eiusdem anni accidit. Auctore* VERDEIL, *medicinae doctore. Praelecta die* 19 *Iul.* 1783. p. 110.

Obſeruationes de praeparatione aliquot reagentium in analyſi aquarum mineralium vſitatorum. Auctore STRUVE, *chemiae profeſſore. Praelectae die* 26 *Iul.* 1783. Vires reagentium in corpora aquis mineralibus contenta plurimum a methodo dependent, qua praeparantur. Variae hae methodi a clariſſ. auctore hic diligenter recenſentur. p. 138.

Deſcriptio nouae minerae ferri albae. Auctore Com. G. DE RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 23 *Aug.* 1783. p. 149.

Deſcriptio nonnullarum ſpecierum geranii. Auctore REYNIER. *Praelecta die* 30 *Aug.* 1783. Accurate a viro clariſſimo deſcribuntur geranium diſſectum, columbinum, molle, maluaefolium et rotundifolium. Qui geranii ſpecies cognoſcere cupiunt, adeant diſſertationem Clariſſ. CAVANILLES de hocce genere. p. 152.

Obſeruationes et experimenta inſtituta, cum eccleſia cathedralis Lauſonenſis fulmine tacta eſſet. Auctore VERDEIL, *medicinae doctore. Praelecta die* 27 *Sept.* 1783. p. 158.

p. 178. *Recapitulatio generalis nouaeque obseruationes de analysi aquarum mineralium. Auctore* STRUVE, *chemiae professore. Praelectae die* 28 *Nou.* 1783.

p. 211. *Dissertatio super methodo singulari colendi solanum tuberosum et brassicam rapam. Auctore* VAN BERCHEM, *patre. Praelecta die* 15 *Dec.* 1783.

p. 218. *Obseruationes generales super climate Lausonensi et expositio eorum, quae ex obseruationibus meteorologicis in ista vrbe per decem annos institutis consequuntur. Auctore* VERDEIL, *medicinae doctore. Praelectae die* 27 *Dec.* 1783.

p. 245. *Obseruationes super conditione aëris morbisque Lausoni per annum* 1783 *visis. Auctore eodem.*

Ex hac dissertationum recensione elucet, quantum sit huic collectioni pretium statuendum.

X.

Histoire et mémoires de la Société des sciences physiques de Lausanne. Tome second. Années 1784. 1785. et 1786. A Lausanne, chez Mourer, libraire. 1789. in 4. de 623 pages, avec figures.

i. e.

Historia et acta societatis scientiarum physicarum Lausonensis. Tomus secundus.

In prolegomenis historicis huius tomi leges societatis sociorumque nomina recensentur. Quibus praemissis ipsae sequuntur dissertationes, quas hoc loco ordine enumeraturi sumus.

p. 1. P. I. *Analysis aquarum St. Eligii (Saint Eloi) iuxta Estavayer. Auctore Com.* G. DE RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 20 *Januar.* 1784.

p. 4. *Cogitata super natura rosarum muscorum (roses des mousses) et reproductione huius familiae plantarum,*

rum, vna cum deſcriptione ſpeciei nouae. Auctore REYNIER. *Praelecta die* 14 *Oct.* 1784. Roſa muſcorum ſecundum Clar. auctorem aggregatum eſt foliorum ſiccorum puluerulentorum, roſae inſtar ordinatorum, inque vertice caulis ramorumque planorum. Monſtrum eſt a climate oriundum. Partes fructificationis muſcorum in roſa deficiunt. Suſpicatur noſter, eas contineri in capſulis, quae inde a menſe Ianuario vſque ad Maium conſpiciuntur, inque fine fili e foliorum axilla prorumpentis exiſtunt. Hanc partem, de cuius vſu non dubitari poſſe videtur, noſter diligenter deſcribit. Ad finem huius diſſertationis noua planta cryptogamica deſcribitur, quam noſter polytrichum puluerulentum (*poudreux*) nominat.

Diſſertatio ſuper phoſphoreſcentia corporum regni mineralis, quae affrictu excitatur. Auctore Com. G. DE RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 28 *Oct.* 1784. Inter corporum proprietates attentione maxime dignas lumen illud phoſphoreum, quod emittunt, referendum eſt. Hoc lumen vel ſponte ſua ſpargunt, dum decomponuntur, vt ligna putrida, vel abſorpta luce, vt adamantes, vel frictionis beneficio, vt corpora regni mineralis. Natura illius luminis ſingularis, quod frictione excitatur, nondum cognita eſt: probabile tamen eſt, magnam inter hocce phaenomenon atque electrica phaenomena affinitatem intercedere. Magnus numerus experimentorum ab ill. auctore hac in diſſertatione enumeratorum hanc rem praeclare illuſtrat. p. 13.

Tentamen experimentorum analyticorum ſuper lapide ad Goumoëns reperto. Auctore eodem. Praelectum die 4 *Dec.* 1784. Ill. auctor hic lapidem deſcribit, cuius plura ſtrata prope pagum tria milliaria gallica a Lauſono diſſitum reperiuntur. Eſt lapis margaceus, in quo tamen principium calcareum lon- p. 39.

ge maiori copia ineſt, cum ad calcem coquendam adhibentur. Praeterea adeo eſt bituminoſus, vt affrictu grauem odorem ſpargat.

p. 45. *Cogitata ſuper methodo diſtinguendi ſpecies ac varietates animalium quadrupedum ſecundum eorum characteres externos. Auctore* BERTHOVT VAN BERCHEM, *filio. Praelecta die* 18 *Decembr.* 1784. Indicatur, quicquid ad ſpecies et varietates animalium quadrupedum dirimendas facta nota obſeruationesque in hunc vſque diem inſtitutae contulerunt. Abſtinuit noſter a legibus in argumento tam difficili condendis, nec vlla ſpes eſt, tales leges mox latum iri: immo potius diſquiſiuit, quatenus quibusque in caſibus coitus ad ſpecies cognoſcendas vtilis eſſe poſſit. Excuſſis BVFFONI et PALLASII hac ſuper re opinionibus, probare conatur, coitum certiſſimam eſſe rationem, qua natura animalia fera liberaque vnius et eiusdem ſpeciei coniungit. Vbi haec res facem non praefert, alia ſunt ſpecierum diſtinguendarum media quaerenda, quae noſter in characteribus externis, maxime conſtantibus variationique minime obnoxiis reperiſſe ſibi videtur.

p. 65. *Obſeruationes de noxa, quam laruae ſcarabaei melolonthae per annum* 1784. *fecerunt, deque illius remediis. Auctore* BERTHOUT VAN BERCHEM, *patre. Praelectae die* 10 *Ian.* 1785. Non hoc eſt auctoris conſilium, vt de moribus et metamorphoſibus huius inſecti noua et inaudita doceat: imo proponit methodos, quibus laruae iſtae deſtrui poſſint. Reperit, has laruas certiſſime exſtirpari, ſi per agros autumno illius anni, quo maximus ſcarabaeorum numerus apparuit, ſulci profundi ducantur.

p. 70. *Tentamen ſuper ſtatu populationis parochiae Aigle. Auctore* WILD, *fodinis Bernenſibus praefecto. Praelectum die* 1 *Iul.* 1785. Haec parochia prope loca aquis ſtagnantia in media valle anguſta ſita phaenomena

mena ſiſtit attentione digna. Tentamen clar. WILDII epitomen continet plurimarum obſeruationum decem per annos inſtitutarum.

Diſſertatio de aqua plantarum vegetationi maxime proficua. Auctore abb. BERTHOLON. *Communicata cum ſocietate die* 11 *Aug.* 1785. Inſignis eſt huius ſcriptionis vtilitas. p. 106.

Obſeruationes ſuper analyſi ſalis ſedatiui et compoſitione boracis. Auctoribus H. EXCHAQVET *et profeſſore* STRVVE. Ex horum ſententia borax conſtat terra vitreſcibili, acido phoſphoreo ignisque principio. p. 132.

Hiſtoria et analyſis aquarum Brüttelenſium. Auctore Com. G. DE RAZOVMOWSKI. *Praelecta die* 19 *Aug.* 1785. p. 147.

Obſeruationes nouae de analyſi aquarum mineralium. Auctore eodem. Praelectae die 2 *Sept.* 1785. p. 159.

Deſcriptio et hiſtoria naturalis caprae ibicis Alpium Sabaudiae. Auctore BERTHOUT VAN BERCHEM, *filio. Communicata cum ſocietate die* 28 *Octobr.* 1785. In primis de moribus huius animalis noſter diſputat. Hoc conſilio nullis laboribus pepercit, itineraque inſtituit, vt facta certa colligeret, quibus fabularum tenebrae hiſtoriam huius quadrupedis inuoluentes diſcuterentur. Eo magis refert, noſſe omnia, quae hanc ſpeciem ſpectant, cum quotidie imminuatur, adeoque metuendum ſit, ne breui tempore in Alpibus prorſus euaneſcat. Etſi figura caprae ibicis magis, quam eius mores, nota eſt, nondum tamen deſcripta erat. Etiam de variis huius animalis aetatibus hoc loco diligenter diſſeritur. p. 165.

Deſcriptio plurium nouorum mediorum mechanicorum, quibus curuationes laterales ac torſio ſpinae dorſalis caueri, coërceri adeoque in certis caſibus corrigi queant. Auctore VENEL, *medicinae doctore. Communicata cum ſocietate die* 11 *Nou.* 1785. p. 197.

p. 208. *Dissertatio de vtilitate obseruationum meteorologicarum in tali regione institutarum, qualis est Heluetia aut ipsa ditio Bernensium. Auctore* I. SENEBIER. *Praelecta die* 18 *Nou.* 1785. Clariss. auctor hac in dissertatione inprimis ostendere conatur, quantum meteorologia promoueretur, si obseruationes continuae in variis partibus terrae montosae diuersisque altitudinibus instituerentur. Videlicet nulla est terra, quae casus magis variatos et circumstantias a communi experientia magis remotas adeoque plura adminicula ad meteorologiae parum adhuc cultae studium promouendum afferat. Postremo noster varia phaenomena indicat, quorum solutio a talibus obseruationibus sperari possit.

p. 213. *Descriptio et examen lapidis cuprosi, qui ad verticem St. Bernardi magni reperitur. Auctore Com.* G. DE RAZOUMOWSKI. *Praelecta die* 25 *Nou.* 1785. Hic lapis est quarzum pingue, opacum, album, cum maculis nigris, aut nigrum, cum maculis albis. Analysis via tum sicca tum humida nostrum docuit, hunc colorem originem suam a steatite cuproso et bituminoso coloris nigri splendentis trahere. Is steatites tactu pinguis est, digitis frictione adhaerescit, quarzoque immixtus est, interdum tamen in fractura purus apparet.

p. 219. *Noua methodus acidum phosphoreum ossium purius, quam operationibus consuetis, obtinendi. Auctoribus* H. EXCHAQVET *et professore* STRUVE. *Communicata cum societate die* 20 *Dec.* 1785.

p. 228. *Obseruationes super vsu salium phosphoricorum in artibus atque formatione artificiali lapidum pretiosorum. Praelectae die* 26 *Ian.* 1786.

p. 232. *Meditationes de analysi corporum mixtorum phosphoricorum, vna cum nonnullis obseruationibus super decompositione metallorum. Auctoribus* H. EXCHAQVET *et professore* STRUVE. *Praelectae die* 26 *Ian.* 1786

Ratio

Ratio experimentorum cum borace instituendorum. p. 235. *Auctoribus iisdem. Praelecta die* 26 *Ian.* 1786.

Dissertatio de Lampyride noctiluca. Auctore Com. p. 240. G. DE RAZOUMOWSKI. *Communicata cum societate die* 15 *Iun.* 1786. Lampyris noctiluca diebus aestiuis tempore vespertino noctuque in muris terraque sicca atque in pratorum herbis lucet. Ill. auctor inprimis ad lucem huius insecti phosphoricam animum aduertit, neque tamen varias eius species distinguere earumque mores obseruare neglexit. Hoc insectum vitam agit solitariam; non videtur esse carniuorum, etsi, quo cibo vescatur, detegi non potuit; nec minus latent eius reproductio, metamorphosis, vitae duratio, lucis phosphoricae natura et sedes.

Descriptio Favrodinae auratae. Auctore REYNIER. p. 261. *Communicata cum societate die* 22 *Iun.* 1786. Favrodina aurata (*Favrodine dorée*) non modo speciem nouam, verum etiam genus nouum constituit. Vicina est rumicibus rheisque. Distinguitur maxime his notis: calyx est tripartitus, pistilla sunt tria, stamina sex vsque ad nouem. Magna ei cum rumicibus, inprimis cum rumice foliis acutis (*patience à feuilles aigues*) affinitas intercedit. Reperitur in Heluetiae pratis humidis. Clariss. auctor hoc nouum genus *Favrodinam* nuncupauit, vt inuentoris, b. FAVROD, cui multae inuentiones in botanice Heluetica haud leues debentur, nomen perpetuaretur.

Descriptio leporis montani seu leporis versicoloris. p. 266. *Auctore* AMSTEIN, *medicinae doctore. Communicata cum societate die* 3 *Oct.* 1786. A multis historiae naturalis scriptoribus hic lepus cum lepore timido confusus fuit. Hac in dissertatione argumenta recensentur, vnde videtur consequi, hanc speciem diuersam esse. Clariss. PALLAS eum *leporem variabilem* dixit. *Lepus versicolor* dictus est, ideo, quod pili eius, qui aestate grisei sunt, hyeme albescunt. Haec coloris

mutatio, quam plures ſpecies animalium patiuntur, naturae myſteriis nondum in lucem protractis adnumeranda eſt. Primus AMSTEINIVS de moribus huius animalis diligenter expoſuit, exactamque eius deſcriptionem dedit.

p. 277. *Diſſertatio de modo aërem vrbium ſalubrem reddendi vias ſternendo et purgando. Auctore abb.* BERTHOLON. *Communicata cum ſocietate die* 23 *Nou.* 1786. Vix quicquam eſt, quod hominum attentionem magis mereatur, quam aëris oppidorum ſalubritas, maximeque phyſici eſt, hoc argumentum ſumma cum cura conſiderare. Quae in aëris ſalubritatem e viis ſtratis purgatisque commoda redundent, quomodo aſſequi poſſimus, a clariſſ. auctore hic docetur.

p. 328. *Diſſertatio, in qua oſtenditur, non ſufficere inſtrumenta conſueta, quibus architecti militares vtuntur, declaraturque, quibus modis illa in operationibus geometricis ſub terra maiore cum vtilitate adhiberi poſſint. Auctore* WILD, *fodinis Bernenſibus praefecto. Communicata cum ſocietate die* 20 *Dec.* 1786.

p. 333. *Diſſertatio de modo plana extenſa ſiue chartas geographicas earum regionum, in quibus montes ſunt alti fauceſque anguſtae, deſcribendi. Auctore eodem. Communicata cum ſocietate die* 30 *Dec.* 1786.

p. 339. *Diſſertatio de cetaceis. Auctore* H. MERCK, *Darmſtadienſi. Communicata cum ſocietate die* 30 *Dec.* 1786. Cete omnia animalia, quoteunque nouimus, magnitudine ſua exſuperant. Quod ſi eorum vires maſſae, ponderi roborique ipſorum proportionales eſſent, etiam viribus ſine dubio omnia antecellerent. At enim hae qualitates phyſicae mere paſſiuae, potiusque incommodo detrimentoque ſunt, quam vtilitatem afferunt. Immanis corporis maſſa tantam ciborum vim poſtulat, quanta non ſemper ſuppetit; haecque ipſa magnitudo ſaepe in cauſa eſt, cur cete in litora allidantur, ibique pereant, cum fluctus, quorum beneficio in altum remeare poſſint, deficiant.

Natura

Natura cetacea inter animalia quadrupeda ac pifces collocauit: cum illis propter fuam organifationem inprimisque ofteologiam, cum his propter fuam formam, vitae rationem elementumque, quod habitant, coniunguntur. Magna haec animalia adhuc parum cognita funt: defunt obferuationes philofophicae accurataeque de eorum moribus, fortaffisque multa falfa de eorum anatomia traduntur. Ideo clariff. auctor zoologorum fuffragia meretur, quod ad anatomen horum animalium elucidandam animum appulit. Propofuit autem fibi ofteologiam cetaceorum cum ofteologia quadrupedum comparare, pluresque fuper hoc argumento differtationes fefe elaboraturum effe pollicetur. In hac differtatione tantummodo offium capitis comparationem inftituit.

Noua theoria fontium falforum falisque gemmae, applicata ad falinas Bernenfes, una cum defcriptione falinarum ad Aigle fitarum. Auctore STRUVE, *profeffore chemiae honorario.* Clariff. STRUVE hac in differtatione non theoriam nouam de genefi primitiua falis gemmae, quem pro fedimento maris antiqui habet, proponit, fed fitum naturamque ftratorum fontiumque falforum in Europa hic illic obuiorum examinat, indeque conclufiones deriuat, quae nouam lucem falinarum culturae variisque phaenomenis hic confpiciendis accendunt. p. I. P. II.

Tentamen fuper cultura fontium falforum Aiglenfium. Auctore eodem. p. 57.

Differtatio de carie frumenti, caufis huius morbi, rebus eum producentibus, modisque, quibus poffit euitari. Auctore CADET DE VAX. Non eft malum frequentius ideoque grauius agricolis, quam frumenti caries. Planta crefcit, fpicae prodeunt, granaque volumine augentur; fed quam hinc agricola fpem concipit, ea mifere fruftratur, vbi in granis loco materiae albae nutrientisque puluerem nigrum, pinguem tetrumque offendit. Ipfum aruum odorem foetidum p. 64.

exhalat. Hic puluis si bonis granis adspergitur, ea corrumpit: talis frumenti valor exiguus est: panis ex eo paratus coloris est nigro-violacei: noxius est et oeconomiae animali officit. Facile itaque intelligitur, quanti referat, agricolas ab huius morbi peste
p. 81. tutos praestari. Quod quibus rationibus effici possit, a nostro exponitur.

Descriptio machinae nouae hydraulicae, quam repe-
p. 89. *rit et Orbae (Orbe) exstruxit* VENEL, *medicinae doctor. Praelecta die* 5 *Sept.* 1788.

Dissertatio de siderum inprimisque lunae influxu in vegetabilia. Auctore IOANNE PHILIPPO DE LIMBOURG, *seniore, medicinae doctore.* Opinio, sideribus maximeque lunae aliquem esse in vegetationem influxum, ab antiquissimis inde temporibus recepta latissimeque sparsa fuit. Astrologia iudiciaria totam partem occultam huius influxus eiusque effectuum iure suo sibi vindicat. Physicorum est, indagare, quidnam hac in re veri, certique insit. Clariss. auctor primum epitomen exhibet historicam criticamque huius opinionis variorumque modorum, quibus sidera inprimisque luna suum in vegetabilia influxum exserere perhibita sunt. Tum indicat, quid veri in hoc influxu insit, tandemque ex obseruationibus directis et experimentis eruere conatur, num quid commodi inde in agriculturam redundare possit.

Haec dissertationum grauissimarum enumeratio efficiet, vt de huius societatis laboribus iudicium facile feratur. Iam dudum Heluetia Basileae, Bernae, Turici, societates oeconomicas, physicas, medicas celebratissimas habuit: his ea, de qua hoc loco sermo est, neutiquam cedit, licet Bernoullios, EVLERVM et HALLERVM perdiderit. Apparet igitur, in Heluetia scientias naturales eodem successu posse coli, quo Parisiis et Londini tractantur. Omnino nihil felici Heluetiae deest, quod ad naturae cognitionem promouendam requiritur. Prope montium vertices inque fundo

fundo vallium glacialium terra productiones regionum maxime ſeptentrionalium exhibet. E contrario in vallibus fertilibus ad meridiem poſitis natura eundem vigorem exſerit, qui in climatibus calidiſſimis conſpicitur. Hic tempus fugax ſuarum operationum veſtigia poſt ſe reliquit. Illic in ſinu montium aeternorum reuolutio ſeculorum vim theſaurorum incognitorum tacite accumulat. Vbiuis naturalis hiſtoriae ſtudioſis, botanicis, phyſicis, geologis, agricolis occaſio naturam cognoſcendi eiusque myſteria indagandi offertur.

XI.

Obſervations ſur les propriétés fébrifuges de l' Ecorce du Marronnier d' Inde et ſur les avantages que peut retirer de ſon emploi la médecine dans le traitement des fièvres intermittentes. Par Mr. CUSSON, Docteur en médecine et Vice-Profeſſeur de Botanique dans l'univerſité royale de Montpellier, membre de la Société royale des ſciences de la même Ville, des Academies royales des ſciences de Madrid, de Turin, de Touloufe, de Bordeaux, de la Société royale de médecine de Paris, de celle de Cadix, du college royal de médecine de Lorraine etc. A Montpellier, de l'imprimerie de Jean Martel, ainé. 1788. in 4. de 35 pages.

i. e.

Obſeruationes de viribus febrifugis corticis aeſculi hippocaſtani commodisque, quae ex eius vſu in medicinam ad febres intermittentes curandas redundare poſſunt. Auctore CUSSON, medicinae doctore.

Philo-

Philoſophica illa rerum omnium perquiſitio, quae ſeculi noſtri hoc nomine felicis propria videtur, multarum inuentionum nouarum in botanicis fons fuit. Enimuero mirum accidit, quod, dum naues theſauris alterius hemiſphaerii onuſtae in Europam reuertuntur, nos plantas negligimus, quas noſtris in regionibus natura abundanter ſuppeditat. Nos eas tanquam cum faſtidio adſpicimus, idque ſine dubio propterea, quod quotidie pedibus eas calcamus. Tamen inde ab aliquot annis medici etiam plantas indigenas ſuos in vſus conuertere ſtudent, diariaque horum laborum ſucceſſum inuentaque grauiſſima hac via parta praedicant. Clariſſimi CVSSONI obſeruationes ſuper viribus febrifugis corticis aeſculi hippocaſtani licet noſtram hoc in genere cognitionem non augeant, tamen eas ſiſtunt concluſiones, vnde corticis illius in febribus intermittentibus ſanandis efficacitas certiſſime conſequatur. Vſus enim, in quem vir clariſſimus hunc corticem conuertit, docet, cortice Peruuiano propemodum poſſe ſuperſederi, certe eum loco corticis Peruuiani a pauperibus iure meritoque adhiberi poſſe.

Aeſculus *hippocaſtanum* LINN. planta eſt Aſiae ſeptentrionalis indigena, vnde in Europam anno 1550 translata fuit. Noſtrarum plantarum naturam adeo induit, vt nunc pro planta Europae indigena habeatur. Foliorum viriditas, vmbrae, quam illa ſpargunt, ſuauitas, florum pulchritudo, fructus diu in cauſa fuerunt, cur arboribus tantummodo ornatus gratia cultis adnumeraretur. Noſtris diebus fructuum eius corticisque vſus medicus et oeconomicus ſatis conſtat. E cortice ſal eſſentialis extricatur, qui corticis Peruuiani ſalem colore, forma viribusque prorſus aequat. Omnino analogia haud obſcura inter principia conſtitutiua corticis Peruuiani et corticis aeſculi hippocaſtani intercedit. Hinc non

non mirum, aeſculi corticem ad febres intermittentes debellandas, tonum partium laxarum reſtituendum, putredinis progreſſum ſiſtendum accommodatum eſſe. Vnde factum eſt, vt nunc pro remedio febrifugo, adſtringente et antiſeptico habeatur.

Medicorum celebrium primariis experimentis optimisque obſeruationibus de cortice aeſculi hippocaſtani vno in loco propoſitis, noſter ſua ipſius experimenta recenſet. Sic autem orditur.

„Occaſione commode oblata, prima vice menſe „Auguſto 1779 corticem aeſculi hippocaſtani adhi„bui. Aeger natus erat annos triginta, tempera„mento erat bilioſo, ac febre tertiana iam per men„ſem ſeſquialterum vexabatur. Hoc periculum ſpei „conceptae reſpondit, duodecim enim huius corti„cis drachmae ſpatio temporis inter tres paroxyſmos „interiecto propinatae febrem fugarunt.“ p. 14.

„Primo hoc ſucceſſu confirmatus cortici aeſculi „hippocaſtani omnibus in caſibus vſus ſum, quibus „is recte adplicari poſſe mihi videbatur. Contigit „mihi eſſe tam felici, vt conſilium fere ſemper felicem „exitum haberet, pluresque per annos, quibus hunc „corticem vſurpaui, eius beneficio ingentem numerum „febrium intermittentium non minus efficaciter per„ſanaui, quam ſi corticem Peruuianum adhibuiſſem.“

„Sanationes numeroſae, quae in diario obſerua„tionum a me, noſocomii publici (*Charité*) medico, „per ſex annos ſuper hac re continuato exſtant, co„gunt me, vt in hoc cortice vires illis, quae cortici „Peruuiano propriae ſunt, agnoſcam, eumque adeo „Peruuiano recte ſubſtitui poſſe cenſeam.“

„In nonnullis caſibus vidi aeſculum tanquam re„medium purgans, in aliis vt roborans tonicumque „agere. Cum has ipſas vires cortex Peruuianus in „multis aegris exſerat, etiam hinc analogia virium „vtriusque corticis intelligitur. Itaque aeſculum

„hippo-

„hippocaſtanum *cinchonam Europaeam* haud male di-
„xeris, cum eius cortex in diſpenſatoriis pariter ac
„Peruuianus febrifugis vſitatis accenſeri mereatur.
„Cortex aeſculi hippocaſtani cautiones exigit, a qui-
„bus effectus eius ſalutares fere ſemper dependent.“

Vt bonus cortex ſumatur, maxime curandum eſt. In vniuerſum ille videtur efficaciſſimus, quem vere, quo tempore ſuccus arbores permeat, de aeſculis mediocris craſſitiei deglupſeris. Nec minus praeoptandus eſt is, qui vermibus non eſt exeſus, ſed ſanus, ſolidus multumque ſiccus. Experientia docet, corticem aeſculi hippocaſtani nunquam efficacius agere, quam ſi eius vſum iuſta aegri praeparatio praeceſſerit. Hoc conſilio aegro vena ſecanda, dandaque relaxantia, euacuantia, ſecundum morbi naturam aegrique aetatem ac conſtitutionem. Nec prius eſt hic cortex propinandus, quam aeger certum paroxyſmorum numerum ſuſtinuit, certoque conſtat, materiam febrilem iam ex parte a natura elaboratam eſſe. Ad finem vtilis huius libelli duodecim proſtant obſeruationes de febribus cortice aeſculi hippocaſtani ſanatis. Primam earum, quae de febre intermittente tertiana ſimplici agit, in noſtram recenſionem transſcribemus.

p. 22. „Certus quidam homo, nomine Auriac, lapicida,
„natus annos triginta, temperamenti pituitoſi, febris
„tertianae paroxyſmis per menſem ſeſquialterum ve-
„xatus, menſe Martio anni 1779 me conſuluit. Quo-
„niam ab initio morbi euacuantibus vſus fuerat, ter-
„tio die poſt purgationem a me commendatam cor-
„ticem aeſculi hippocaſtani adhibere licuit. Et pri-
„mo quidem die a paroxyſmis immuni ſemiunciam
„corticis puluerati, et quidem vnam drachmam quar-
„ta quoque hora, addito pauxillo aquae ſaccharatae
„ſumere iuſſus eſt.“

„Altero die paroxyſmus longe mitior propemo-
„dumque ſine frigore fuit. Iteratus eſt remedii vſus
„ſecun-

„ſecundo die a paroxyſmis libero. Paroxyſmi vis „magis etiam fracta eſt, nam aeger vix eam ſenſit, „nihil prorſus frigoris expertus eſt, tantumque capi„tis dolores leues, calorem exiguum ſudoremque „fere inſenſibilem ſuſtinuit. Remedium tertia vice „datum paroxyſmos prorſus fugauit, neque illi re„verſi ſunt, cum per vnam hebdomadam aeger de„coctum huius corticis bibiſſet.“

XII.

Récherches ſur les irrégularités, que préſente quelquefois dans ſa marche la petite Vérole inoculée, et ſur la confiance que meritent ces ſortes d' inoculations irrégulieres. Par Mr. CUSSON, Docteur en médecine, et Vice-Profeſſeur royal de Botanique dans l'Univerſité de Montpellier, membre de la Société royale des ſciences de Madrid, de Turin, de Toulouſe, de la Société royale de médecine de Paris, et du College royal de médecine de Lorraine. A Montpellier, de l'imprimerie de Jean Martel, ainé. 1788. in 4. de 68 pages.

i. e.

Inquiſitio in irregularem variolarum inoculatarum decurſum, quatenusque inoculationi confidere liceat tali. Auctore CUSSON.

Tantummodo vnum nouimus auctorem ex Angliae ſcriptoribus, qui de nonnullis irregularitatibus in decurſu variolarum inoculatarum interdum obuiis aliquid literis conſignauit. Tamen eſt haec res inprimis digna, quae diligenter perquiratur, cum accurata eius cognitio ſola nos certos reddere poſſit, num morbus cum ſuis characteribus diſtinguentibus appa-

apparuerit, adeoque inoculatus contagioni non amplius obnoxius ſit. At enim fatendum eſt, inquit noſter, hanc eſſe ſolummodo illarum variolarum inoculatarum conditionem, quae variolis naturalibus benignis omni ex parte aequales eadem cum illis ſymptomata exhibent, eundem decurſum ſeruant, eodemque modo terminantur. Hoc conſilio comparandus erat naturalis et ordinarius huius morbi decurſus cum irregulari, qui in caſibus particularibus obſeruatur. Atque hoc ipſum eſt argumentum, quod clariſſ. CVSSON hac in ſcriptione pertractauit.

Conſtat, variolas inoculatas regulares quatuor periodos admodum diſtinctas comprehendere. Et prima quidem periodus inde ab ipſo operationis momento ad febris vſque acceſſum porrigitur. Secunda hac ipſa febre noſcitur. Tertia diſtinguitur variolarum efflorescentia. In quarta denique ſuppuratio et exſiccatio puſtularum accidit. Recenſentur a noſtro ſymptomata generalia et localia, quae diverſas haſce periodos diſtinguunt, cum illisque comparanda ſunt, vnde decurſus morbi irregularis cognoſcitur. Haec varia ſymptomata in prima ſectione huius opuſculi ordine adque methodi regulas enumerantur. Altera in ſectione de anomaliis diſſeritur, quae in quauis periodo accidere poſſunt.

Haec inquiſitio iure meritoque laudanda eſt. Ex ea apparet, quamuis ſaepe multumque de inoculatione ſcriptum fuerit, tamen auctores de irregularitatibus in periodis variolarum inoculatarum obuiis et concluſionibus inde ad praxis commodum deducendis parum adhuc cogitaſſe.

XIII.

Mémoire ſur l' abus de l' enſeveliſſement des morts. Par Mr. DURANDE, de l'Académie de Dijon et de la Société royale de médecine.

Précé-

Précédé de Réflexions ſur quelques propriétés du principe de la vie, et ſur le danger des inhumations précipitées, par Mr. THOMASSIN, ancien chirurgien major des hôpitaux militaires, maitre en chirurgie de la ville de Dole, membre de pluſieurs Académies, chirurgien major du Régiment d'Artois, cavalerie, etc. A Strasbourg, de l'imprimerie de Levrault. 1789. in 8. de 78 pages.

i. e.

Diſſertatio de abuſu ſepulturae. Auctore DVRANDE. Praemiſſae ſunt meditationes ſuper nonnullis proprietatibus principii vitae, atque periculo ſepulturae nimis properatae. Auctore THOMASSIN.

Labor clariſſimorum duumuirorum eo ſpectat, vt natio francogallica abuſum ſepulturae praecipitatae horrendaque mala inde naſcentia intelligat. Videamus, quid hac ſuper re humanitate ſtudioque ſalutis ſuorum ciuium promouendae moti excogitauerint.

„Vbi abuſus naturam offendunt, ſenſus rationis- p. 1;
„que coniunctis viribus tollendi ſunt. Omnium „communis vox eos deſtruat oportet. Certiſſimum „eſt, neminem mortem poſſe ſubterfugere: at perquam incertum momentum exſtinctionis perfectae „principii vitalis. Ars viuos a mortuis diſtinguendi „nondum certitudinis ſummum gradum adſcendit. „Fatendum enim nobis quantumuis inuitis eſt, dia„gnoſin mortis multis in caſibus ambiguam, adeo„que metuendum eſſe, ne homines ſepeliantur, ante„quam viuere deſierint."

„Omnium temporum hiſtoria horrenda exempla „malorum exhibet, quae ex barbara conſuetudine

„mortuos protinus ſepeliendi originem traxerunt."

„Hanc negligentiam abominandam, hanc cru„delem conſuetudinem ego ciuisque meus, clarus „virtute et ſapientia, iunctis viribus adgrediamur."

Diſſertatio clariſſ. DVRANDE praeclaraeque THOMASSINI meditationes ſane dignae ſunt, ad quas omnes animum aduertamus, quandoquidem nemo certo ſibi polliceri poteſt, ſe ab abuſu, qui ibi exagitatur, tutum futurum eſſe. En exemplum, vnde verborum noſtrorum veritas clariſſime apparet. Cum anno 1784 Dunkerki cadauera publice effoderentur, HECQVET, protochirurgus (*chirurgien major*), dum arcae deinceps aperiebantur, cadauer integrum offendit, lateri dextro innitens, capite genubusque flexis, quod tabulam arcae lateralem dextram protrudere voluiſſe videretur, brachiumque ſiniſtrum, clunes atque talos tabulae laterali ſiniſtrae innixos haberet. Ante octo circiter annos humatum fuerat. Situs eius, qualem in nullo alio cadauere HECQVET reperit, haud difficulter perſuadet, hunc hominem in ſtatu quodam lethargico arcae inditum, cumque ex lethargo ad ſe rediiſſet, omnibus viribus, vt ſeſe ex arca expediret, eniſum eſſe, adeoque vita deficiente eum corporis ſitum ſeruaſſe, qui poſtea apparuit. Poteſtne ſors magis crudelis, magis horribilis interitus cogitari?

Regulae a THOMASSINO propoſitae hac redeunt.

p. 36. „Duodecim primae poſt mortem horae pro mor„bi continuatione habeantur. Quapropter mor„tuus in lecto relinquatur, nec frigori exponatur. „Subinde abdomen et extremitates leniter fricentur. „Durante hoc tempore medicus aut chirurgus, qui „morbi curam geſſerit, aut quilibet alius, quem ar„ceſſere placuerit, mortuum ſaltim bis inuiſat, vt aut „certo conſtet, eum vere diem obiiſſe, aut ei auxilium „feratur, ſi forte mors ambigua ſit. Qui mortui in-

„viſendi

„visendi munus suscepit, inprimis ad signa sequentia „attendat, quae sola in morte recente certos nos „reddere possunt."

„1) Rigor articulorum. Pluribus medicis chirur-„gisque doctissimis hocce signum certissimum vide-„tur: sed maioris securitatis causa tum demum pro-„nuntiandum est, mortem veram adesse, si signorum „sequentium nonnulla simul appareant."

„2) Oculi flaccidi. Hoc signum non minus cer-„tum est, quam rigor membrorum."

„3) Elasticitatis defectus in maxilla inferiore."

„4) Laxatio sphincteris ani."

„5) Abdominis liuor. Hoc signum si locum ha-„bet, omnium certissimum est. In multis hominibus „hic liuor paucis momentis post mortem elapsis in-„cipit. Inprimis duo latera lineae albae occupat, „perque musculos rectos procurrit. A putrida ori-„tur decompositione, quam morbus in abdomine iam „ante ipsam mortem generauit. Hic liuor sero in „hominibus obesis apparet, vt qui abdominis integu-„menta admodum crassa habeant. Nec aliter res in „illis se habet, qui subito pereunt."

„Cognitio morbi, quem mors secuta est, artis pe-„rito ad iudicium formandum haud parum adfert „auxilii: tamen haec ipsa cognitio tantum hactenus „suam praestat vtilitatem, si cadauer plura signorum „enumeratorum obtulerit, quae si desunt, ex morbo „vel maxime diuturno dirissimoque non potest certo „concludi, aegrotum vere mortuum esse."

Sufficiunt haec ad declarandum, quanta sit huius dissertationis et meditationum editoris vtilitas. Optabile est, vt duumuirorum clarissimornm coniunctus labor a longe plurimis cognoscatur, ita enim fiet, vt multa mala euitentur.

XIV.

Expoſition ſommaire des muſcles du corps humain, ſuivant la claſſification et la nomenclature méthodique adoptées au Cours public d'anatomie de Dijon. Par Mr. CHAUSSIER, Profeſſeur d'anatomie des Etats de Bourgogne, penſionnaire de l'Académie des ſciences de Dijon et Profeſſeur du Cours de Chimie, Aſſocié de l'Académie royale de Chirurgie, Corr. de la Société royale de médecine, membre des Académies et Sociétés royales des ſciences de Niſmes, Toulouſe, Montpellier, Clermont-Ferrand, Valence, etc. A Dijon, chez l'auteur. 1789. in 8. de 120 pages. Prix 50. S. broché.

i. e.

Compendium myologiae corporis humani. Secundum claſſificationem ac nomenclaturam methodicam, quae in curſu publico anatomico Diuionenſi vſu receptae ſunt. Auctore CHAUSSIER.

Anatome pariter ac botanica ob nominum multiplicationem, varietatem ineptiamque ſummis difficultatibus premitur.

p. XLVI. „Viri docti, noſter inquit, continuaque exercitatione inſtructi perparum refert, quae partibus „corporis humani nomina indantur. Conſuetudo „enim organa adſpiciendi eorumque perſequendi „oeconomiam menti eius tabulam totam organiſationem complectentem inſculpſit, quae a nominibus „neutiquam pendeat. Sed quantum difficultatum „ei ſuperandum fuit, antequam hanc metam attingeret? Quoties ei fuit regrediendum, corpusque „huma-

„humanum iterum iterumque inſpiciendum atque „examinandum, vt tenebrae diſpellerentur, quibus „per inſcitiam ſuperbiamque hominum tantum ſua „probantium inuolutum fuit? Quantum temporis „laborisque inſumendum fuit, vt memoriae nomina „ſuperingererentur, quae mens perpetuo repudiat, „quoniam ideam verae poſitioni contrariam ſugge„runt? Quos labores licet feliciter ſuperauerit, mul„tum tamen negotii partes corporis humani deſcri„benti faceſſitur, cum deſcriptiones ineptis nomini„bus mire impediantur et obſcurentur. Veritas lon„ge magis oculos intuentium ferit, ſi integer eius „ſplendor apparet. Praeterea tempus, quod nunc „in nominibus diſcendis collocandum eſt, pomoeriis „ſcientiae promouendis vtilius dicaretur. Itaque „nominum, quorum cognitio tironibus neceſſaria eſt, „reformatio etiam viris doctis adeoque ipſi ſcientiae „vtilitatem praeſtabit. Hinc in omnes commoda, „in neminem incommoda redundabunt: docti, vt „BERGMANNVS ait, ſic ſemper aliorum mentem intel„ligent, indocti citius intelligent."

His incommodis vt medela adhiberetur, clariſſ. CHAUSSIER hocce compendium in lucem emiſit. Phraſium, deſcriptionum nominumque in eo is eſt ſelectus, vt nihil melius fingi poſſe cogitarique videatur. Dicatus eſt liber ill. DE MORVEAU. Prooemium neruoſe ſcriptum vitia in anatomes ſtudio obuia clariſſime demonſtrat. Hanc viam autem noſter inſiſtit. Vbi nomina, quae nunc ſunt vſu recepta, enumerauit, nouum nomen, quod ipſi optimum viſum eſt, exhibet, primarias inſertiones cuiuslibet muſculi paucis recenſet, nonnulla exempla ex operibus, quae frequentiſſime leguntur, deſumta profert, tandemque notas addit oſteologici argumenti, quo magis huius nomenclaturae ratio appareat, meliusque intelligatur, quasnam leges auctor ſibi

praescripserit. Prooemium claudit haec inuitatio, illustre modestiae nostri testimonium.

p. LXII. „Multum abest, vt mihi persuadeam, opus hoc „ita comparatum esse, vt nihil addi aut corrigi pos„sit. Etsi enim principia, quibus mea nomenclatu„ra superstructa est, firmissima sunt, tamen non du„bito, quin exaedificatio ad maiorem perfectionis „gradum perduci queat. Sed vt hoc consequamur, „adeoque vtilis idiomatis anatomici reformatio perfi„ciatur, quae omnium plausum ferat, fortassis ne„cesse est, vt clarissimi anatomici in laboris societa„tem veniant. Opto itaque, vt hoc meo conatu „eorum studium ad hanc rem conuertatur, ipsique „perducantur, vt methodum commodiorem et vti„liorem proponant. Nam tantum abest, vt meae „methodi examen metuam, vt potius id in scientiae „commodum vehementer exoptem. Vox suauis „hominis sapientis modestique, qui artem suam vere „amat, nec quidquam perquirit, nisi vt artis suae „fines proferantur aut via eius magis plana fiat, nun„quam non auditur. Non ego is sum, qui eam ne„gligam: talis ego viri adnotationes diligenter au„diam, obiectiones studiose colligam, gratusque meos „in vsus ad laborem melius continuandum conuer„tam. Quod ad vociferationes hominum praeiudi„ciis occupatorum, imperitorum malignorumque „attinet, hae non dignae sunt, quae curentur: spon„te sua euanescunt: nec audiam eas, nec iis re„spondebo."

Restat, vt modi, quo hoc compendium conscriptum est, ideam suppeditemus. Quo consilio initium vertamus, vbi de musculis sermo est, qui parietes cauitatis abdominalis efformant.

p. I. „Hi musculi, qui vulgo abdominales dicuntur, „decem sunt numero, quinque in singulo latere. „Notandum est, inprimis sex primos latos, tenues,

„sibi

„ſibi inuicem per ſtrata impoſitos, flexibilem abdo-
„minis circumferentiam formare. Hi muſculi, qui
„admodum ſunt tenſi, ſinguli aponeuroſi gaudent,
„quarum aponeuroſium fibrae inter ſeſe coëunt, com-
„miſcentur, intime coniunguntur, ſicque lineam ge-
„nerant albam, quae a ſterni appendice ad ſymphy-
„ſin oſſium pubis recta procurrit. Haec linea, quam
„nos *lineam medianam* (*ligne médiane*) abdominis
„dicimus, habenda eſt pro communi inſertionum
„puncto, verſus quod maxime omnis contrahendi
„conatus horum muſculorum dirigitur.“

„*Nomen vſu receptum.* Muſculus obliquus de-
„ſcendens, obliquus maior, ſuperior aut externus
„abdominis; tranſuerſales ſuperiores, P. DE ABANO.“

„*Inſertiones.* In tribus maximis coſtis ſternali-
„bus et quinque vertebralibus, ope digitationum
„in ſuis extremis nonnihil tendinoſarum, quarum
„fibrae carneae oblique porriguntur ad totam lineam
„medianam abdominis, ſpinam pubis, ilii, denique
„totam criſtam illi. Hic muſculus conſtituit pri-
„mum ſtratum parietum abdominalium, deque linea
„mediana, inprimis inter vmbilicum et os pubis,
„multa fila aponeurotica ſecedunt, quae cum textu
„celluloſo atque cute partium generationi inſeruien-
„tium et inguinum confunduntur.“

XV.

Lettre de Mr. VAN MARUM, à Mr. le Chevalier MARSILIO LANDRIANI à Milan, contenant la deſcription des frottoirs électriques d'une nouvelle conſtruction, dont l'effet ſurpaſſe de beaucoup celui des frottoirs ordinaires. A Harlem, 1789, in 4. de 8 pages, avec figures.

i. e.

VAN MARVM literae datae ad MARSIL. LANDRIANI complectentes deſcriptionem nouorum frica-

 torum

corum electricorum, quorum effectus longe maior est quam vulgarium.

Hi fricatores maioribus, quam vulgares, sumtibus parantur, at vires longe longeque maiores illis exhibent. Clariss. auctor, iam multis inuentis electricis clarus, disciplinam electricam magis perfectam reddere cum successu pergit.

XVI.

Revue générale des Ecrits de Linné, ouvrage dans lequel on trouve les anecdotes les plus interessantes de sa vie privée, un abrégé de ses systêmes et de ses ouvrages, un extrait de ses aménités académiques, etc. Par RICHARD PULTNEY. Traduit de l' Anglois par L. A. MILLIN DE GRANDMAISON, avec des notes et des additions du traducteur. A Paris, chez Buisson, libraire. 1789. in 8. Deux Volumes.

i. e.

Recensio generalis scriptorum LINNAEI, complectens anecdota scitu dignissima vitae eius privatae, compendium eius systematum et operum, epitomen amoenitatum academicarum etc. Auctore RICHARDO PVLTNEY. Ex anglico sermone gallice vertit L. A. MILLIN DE GRANDMAISON. Cum notis et additionibus interpretis. Tomi 2.

Etsi opera LINNAEI saepe sunt edita, pauci tamen integram eorum collectionem parare sibi possunt. Quapropter clarissimi viri, PULTNEY et MILLIN DE GRANDMAISON, de historiae naturalis studiosis bene meruerunt, quod hanc recensionem gene-

generalem ſcriptorum praeſtantiſſimi botanici emiſerunt. Cum magna hunc librum voluptate perlegerimus, auguramur, qui eum ſibi parauerint, eius lectione non modo doctiores redditum ſed etiam mire oblectatum iri. Tabulae ſyſtematum opinionumque Linnaeanarum noſtri addiderunt adnotationes, quae legentes multum iuuant cognituque dignisſimae ſunt.

Initio operis epitome exſtat biographiae Linnaeanae, quam recenſio generalis ſcriptorum Linnaeanorum ſtatim ſequitur. Quoniam in noſtra recenſione vix quicquam aliud quam epitome epitomes operum LINNAEI dari poſſet, eam citationum cancellis concludemus.

Et primo loco aeſtimationem ingenii LINNAEI a PVLTNEYO factam inque examine iuſto ſcriptorum Linnaeanorum fundatam cum lectoribus communicabimus.

„LINNAEO imaginatio erat viua, quam iudicium „excellens ingeniumque methodicum regerent. Accedebant memoria admodum capax, ſedulitas nunquam remiſſa, ſummaque in conſiliis exſequendis „perſeuerantia. Huius perſeuerantiae clariſſimum „eſt teſtimonium, quod conſilium in iuuentute captum totam hiſtoriae naturalis ſcientiam penitus „reformandi ac regenerandi inque perfectionis gradum ad ſuam vſque aetatem ignotum euehendi „ſumma cum conſtantia perſecutus eſt. Nec caruit „laborum praemio iucundiſſimo. Tamdiu enim vivere ei licuit, vt aedificium, cuius fundamenta poſuerat, ſurgere videret, licet haud pauci illa ſubruere initio conati fuiſſent.“ Tom. I. p. 307.

„Summa cum cura cauit, ne aliorum damno nominis famam nanciſceretur. Merita cuiuslibet „ſyſtematum conditoris ſemper agnouit, optimeque intellexit, quid ſuorum ſyſtematum partibus p. 308.

„nonnullis recte obiici posset: sed bene norat, nul-
„lum systema artificiale a vitiis, quorum inprimis
„nomine suum taxaretur, liberum esse posse. Per-
„suasum ei erat, systematum durationem ab eorum
„vero valore dependere, adeoque sui praestantiam
„posteris iudicandam relinquebat. Fortasse LIN-
„NAEVS nunquam maiore cum dignitate egit, quam
„cum aduersarii in eum insurrexissent. Omnes vi-
„tauit altercationes tempusque in illis collocatum
„perire censens nunquam libris quicquam respon-
„dit, quorum magna vis contra ipsum emitteretur.“

„Ingenii Linnaeani dotes inprimis illis summo
„cum splendore appareant necesse est, qui sciunt,
„quantum historiam naturalem promouerit, quique
„intelligunt, quanta sibi proposuerit, ac quantos la-
„bores quoque successu subierit. Bene latine scripsit
„hacque lingua in suis descriptionibus optime
„vsus est.“

p. 309. „Coactus fuit suis in libris multis vti vocabulis
„ac phrasibus, quas in auctoribus frustra quaesiueris.
„Scilicet ingentem vim rerum veteribus incognita-
„rum reperit, adeoque de rebus ad historiam natura-
„lem pertinentibus aliter ei, ac Plinii tempore, disse-
„rendum fuit.“

„Haud ignorabat, quantum ratiocinationis vis
„eloquentia stylique feruore cresceret. Quoties ita-
„que ei occasio oblata erat, viuo adque persuaden-
„dum accommodato sermone exposuit, quam arctis
„vinculis salus publica cum naturae studio copule-
„tur. Scilicet vt diuites potentesque ad historiam
„naturalem protegendam, iuuenes ad operam eius
„studio nauandam excitaret, eius summam cum sua-
„vitatem tum vtilitatem continenter praedicauit.“

p. 310. „Vixit tamdiu, vt laborum suorum amplissimos
„fructus posset colligere. Historia naturalis eius cu-
„ra in Suecia gradum perfectionis aliis in terris inco-

„gnitum ascendit, perque totam inde Europam spar-„sa est. Discipuli eius totum terrae nostrae globum „peragrantes suum doctorisque sui dilecti nomen „vbiuis clarum reddiderunt. Plures Europae prin-„cipes in commodum historiae naturalis instituta „condiderunt, protectores huius disciplinae profes-„siones historiae naturalis fundarunt, denique homi-„num curiositas historiam naturalem eum in gradum „euexit, in quo nunc collocatam videmus."

„Fuit statura admodum exigua, capite lato, ocu- p. 311. „lis viuis ac penetrantibus; aure musices delicias pa-„rum capiente; temperamento frigido; memoria „certa, licet vltimis vitae annis interdum fallente. „Linguas perquam mediocriter calluit, nihilominus „quidquid notatu dignum inueniretur, ad eius scien-„tiam peruenit. Aestate somnum cepit a decima ho-„ra ad tertiam, hieme a nona ad sextam. Labores „mittebat, quoties taedium eum obreperet. Suauis „fuit eius consuetudo. Ad irascendum nonnihil pro-„nus iram facile ratione compescuit."

In nota 60 clar. MILLIN DE GRANDMAISON re- T. II. fert, LINNAEVM Holmiae medicinam maximo cum p. 144. successu fecisse. Longe maiorem nominis famam ex praxi medicinae quam e studio historiae naturalis sibi parabat. At enim aegrotorum visitationes nihil propemodum temporis ei relinquebant, quod studio disciplinae sibi carissimae impendere posset. Visebat aegrotos a quarta hora matutina ad vesperam vsque, saepeque noctes prope aegrotorum lectos agebat. Hac re inprimisque historiae naturalis negligentia in ciuibus suis propemodum mouebatur, vt illius studium prorsus abiiceret, parumque aberat, quin scripta sua combureret. Aesculapius, aiebat, mihi fauet: Flora nihil nisi Siegesbeckios largitur. Hic SIEGESBECKIVS acerrimus fuit systematis sexualis aduersarius.

p. 182. „Pro ſingulis ſcriptorum ſuorum plagulis aureum „(*ducat*) accepit, quae cum numeroſa ſint, non contemnendas inde opes ſibi parauit. Altera ex parte „ſtipendia, quae ei vt profeſſori et medico ſoluebantur, donaque diſcipulorum effecerunt, vt libere iucundeque vitam agere poſſet.“

SMITH, iunior, clarus inter Anglos hiſtoriae naturalis ſcientia, LINNAEI libros manuſcriptos et collectiones viginti millibus librarum Gallicarum emit.

XVII.

Mémoire ſur la culture, l' uſage et les avantages du chou à faucher. Par Mr. l'abbé DE COMMERELL. A Paris, chez Petit, libraire au Palais royal. 1789. 8. de 23 pages.

i. e.

Diſſertatio ſuper cultura, vſu atque vtilitate cuiusdam ſpeciei braſſicae (*chou à faucher*). Auctore DE COMMERELL.

Hoc opuſculum in quinque paragraphos diuiſum eſt. In prima huius braſſicae deſcriptio traditur: altera eius culturam exhibet: tertia quartaque docent, qua ratione folia eius ac ſemina colligenda ſint: in vltima denique de eius vtilitate diſſeritur. Noſter contendit, huic braſſicae nihil cum ceteris ſpeciebus huius generis commune eſſe.

Hominibus haec planta alimentum ſanum nec iniucundum praebet. Folia eius non ſunt ſapore acerbo, qui aliarum braſſicarum proprius eſt. Vt coquantur, ſatis eſt, aquam ebullientem iis infundere. Viridia animalibus nutrimentum ſucculentum largiuntur. Si in ſole per aeſtatem aut autumno appropinquante in furno exſiccantur, optimum beſtiarum alimentum hiemale praeſtant.

Vehe-

Vehementer noſter laudandus eſt, quod bonum publicum ſtudiis ſuis promouere nunquam ceſſat. Idem docuit vſum oeconomicum *betae ciclae altiſſimae*, quam pauperum radicem (*racine de diſette*) nominavit, propediemque ſuper pratis artificialibus librum emittet.

XVIII.

De la taille de la vigne. Mémoire qui a remporté le prix de l'Académie de Montauban. Par Mr. l'Abbé BERTHOLON, Profeſſeur de phyſique expérimentale des Etats généraux de Languedoc et membre de pluſieurs Académies. A Montpellier, chez Jean Martel. 1788. 8. pagg. 52.

i. e.

Diſſertatio ſuper vitis ſectione, quae praemium ab academia Montis Albani propoſitum tulit. Auctore BERTHOLON.

Primo loco vitis hiſtoria a remotiſſimis temporibus ad noſtram vſque aetatem continuata traditur. Tum noſter vtilitatem ac neceſſitatem eam ſecandi exponit, tria tempora, quibus haec operatio inſtitui poteſt, enumerat, quae ſunt autumni exitus, hiems verisque initium, commoda cuiuslibet incommodaque reçenſet, inque vniuerſum autumnalem ſectionem praefert. Ex hac diſſertatione facile apparet, clariſſimum auctorem non modo phyſicum bonum, ſed etiam agricolam ſcientiſſimum eſſe.

XIX.

Abrégé des Tranſactions philoſophiques de la Société royale de Londres, ouvrage traduit de l'anglois et rédigé par Mr. GIBELIN, Docteur en

en médecine, membre de la Société medicale de Londres etc. Avec des planches en taille-douce. Matière medicale et pharmacie. Par Mrs. WILLEMET et BOSQUILLON. Tome premier. A Paris, chez Buiſſon, libraire. 1789. 8. pagg. 467.

i. e.

Epitome tranſactionum philoſophicarum ſocietatis regiae Londinenſis. Ex anglico verſa et edita, cura GIBELINI, medicinae doctoris. Cum tabulis aeneis. Materia medica et pharmacia. Cura WILLEMETI et BOSQUILLONI. Tomus primus.

In hocce volumine generales materiae medicae poſitiones, ac medicamentorum claſſem variorumque corporum regni animalis et vegetabilis claſſes recenſentur. Primarius eius editor, clariſſ. WILLEMET, medicinae doctor, ac botanices profeſſor regius, nunc Indiam petiit orientalem, vt apud imperatorem Tipoo Saib munus archiatri ſuſciperet.

Res ſcitu maxime dignae, quae hoc in volumine petractantur, hae fere ſunt: de regimine antiſeptico Ruſſorum: problema medicis propoſitum ſuper methodo doſes purgantium et emeticorum certo determinandi ſecundum aetates ac temperamenta: de operatione particulari purgantium: de effectibus notandis veſicatoriorum, quae pulſus celeritatem in tuſſi coniuncta cum aſthmate ac febre imminuunt: de remediis frigoris: experimenta et obſeruationes ſuper effectibus variorum venenorum in animalia: tentamina, quibus probetur, plantas eiusdem formae aut eiusdem claſſis in vniuerſum iisdem eſſe viribus, eosdemque effectus producere: de methodo plantarum virtutes ex earum ſtructura externa intelligendi:

materia

materia medica in Guinea vſu recepta, complectens catalogum aliquot plantarum Guineenſium vna cum earum nominibus in lingua Guineenſi earumque virtutibus: materia medica Indica, cui accedit tractatus de plantis ſcandentibus (*plantes grimpantes*) inſularum Philippinarum cum earum nominibus, deſcriptionibus et viribus: materia medica Arabum. Clariſſ. WILLEMET nomina Linnaeana diligenter conquiſiuit inque notis addidit, vt lectores intelligant, quae plantae nominibus Indicis et Arabicis indicentur. Poſtea diſſeritur de caſtore, moſcho, crotalo, vipera, veneno Americano, lapide ſerpentis (*pedra de cobra*), piſcibus ex vna inſularum Bahamenſium, quorum venenum interimit, quotquot iis veſcuntur; de piſcibus venenoſis maris auſtralis. Praeterea inſunt diſſertatio de effectibus cantharidum vt medicamenti interni: diſſertatio de veſicatorii actione, quando febrem ſanat: obſeruatio ſuper vſu immodico funeſtoque oculorum cancrorum aliorumque abſorbentium ſimilium, ac ſuper calculis in ventriculo renibusque inde naſcentibus. Ad finem huius voluminis exſtant ſexaginta quinque adnotationes regnum vegetabile ſpectantes, quarum enumeratio hic nimis longa ac taedioſa foret. Itaque potius ſingula aliquot fragmenta in noſtram recenſionem transſcribamus.

Ricinus communis. Siccatus inque puluerem red- p. 95.
actus bonum eſt ſternutatorium ad pituitam caput grauantem amouendam.

Momordica balſamina. Haec planta in ſepibus in- p. 101.
ſularum Philippinarum ſponte creſcit. Decoctum eius adhibetur ad vomitum ciendum in febribus, ventriculi cruditatibus, obſtructionibus. Foliorum tritorum vſus eſt in vulneribus adque capitis dolores minuendos.

Arachis hypogaea. Largitur haec planta oleum p. 325.
mitiſſimum ſapore iucundo. Africae eſt indigena, vbi

aethio-

aethiopes fructus eius crudos aut tostos comedunt. Nunc non modo in partibus Galliae meridionalibus, in hortis botanicis, sed etiam in terris Surinamensi, Peruana et Brasiliensi colitur. Oleum eius premendo extricatur, vt oleum amygdalarum etc. Nunquam, vt cetera olea, rancidum fit.

p. 325. *Cinchona Luciana* BANCKS. Circa annum 1780. ANDERSON in syluis insulae St. Luciae aliquot arbores reperit, quarum characteres botanici characteribus verae cinchonae Linnaei similes essent. Ex iis attulit Londinum flores, semina ac corticem. Cum his tentamina tum instituta sunt: sed quia non satis exsiccata erant, vires vehementes emeticae et purgantes huius plantae eius vsum prohibuerunt. Aliquot guttae tincturae florum martialium tincturam huius cinchonae Lucianae colore admodum nigro inficiunt, inque vasis fundum magna vis sedimenti nigri delabitur: quod ipsum accidit, si tincturae spirituosae adhibentur.

p. 340. *Ignatia amara.* Faba St. Ignatii est triangularis ac magnitudine fere nucem moschatam aequat. In insulis Philippinis plurimi aestimatur. Bonum est remedium in crampis, solis ictibus ac spasmis curandis. Antidotum est omnium venenorum, si in scobem redacta liquori frigido inditur. Etiam animalium venenatorum morsui medetur, si vulneri applicatur. Sanat febres, parturientes adiuuat, malam digestionem corrigit, inque dysenteria auxilium fert. In morbis internis in scobem redacta vitro ingeritur et aqua superfunditur, quae vbi satis diu inque quiete solubiles pulueris partes extraxerit, bibitur. Dissecta haec faba oleoque imbuta oliuarum in vulneribus vtilis est; etiam corporis partes crampo vexatae ea cum successu fricantur.

XX.

Des propriétés de la plante appellée *Rhus radicans*. De son utilité et des succés, qu'on en a obtenu pour la guérison des Dartres, des affections dartreuses, et de la paralysie des parties inférieures. Des propriétés du Narcisse des prés, et des succès, qu'on en a obtenu pour la guérison des convulsions. Par Mr. DU FRESNOI, Docteur en médecine en l'université de Montpellier, conseiller du Roi, médecin consultant des camps et armées de Sa Majesté, ancien médecin de ses armées en Allemagne, de la société royale des sciences de Montpellier, associé au Collège royal de médecine de Nancy, correspondant de la société royale de medecine de Paris, associé national du cercle Philadelphes du Cap françois, médecin de l'hôpital militaire de Valenciennes, Professeur du jardin des plantes, honoraire amateur de l'Académie de peinture et pensionné de la même ville. A Leipsick et se trouve à Paris chez Méquignon, 1788. 8. de 48 pagg. avec deux planches enluminées.

i. e.

De proprietatibus plantae, quae *rhus radicans* dicitur. De eius efficacitate in sanandis herpetibus, affectionibus herpeticis, atque paralysi partium inferiorum. De proprietatibus narcissi pratorum eiusque efficacitate in sanandis conuulsionibus. Auctore DU FRESNOI.

Docet clarissimus auctor hac in scriptione, quo modo plantae admodum deletariae ac venenosae in

remedium efficax et ſpecificum duorum morborum, qui hucuſque arti ſalutari dedecori fuerunt, transmutari queant. Primo quidem loco de vſu huius toxicodendri ad ſanationem herpetum, affectionum herpeticarum ac paralyſeos diſſeritur. Tum ſequuntur indicatio temporis ad eius collectionem idonei, methodus varia eius extracta praeparandi, denique eius analyſis chemica ac deſcriptio botanica. Poſtrema huius diſſertationis pars de narciſſi pratorum (*narciſſe des prés*) virtute antiſpaſmodica agit.

p. 7. Caſus fortuitus efficit, vt auctor noſtri toxicodendri vires ſalutares reperiret. De hoc caſu initio diſſertationis agitur.

p. 9. Folium integrum huius toxicodendri tribus conſtat foliolis. Noſter ne alios tentaminum periculis exponeret, ab initio ipſe infuſione folioli recentis huius plantae vſus eſt. Quae doſis cum nullos effectus ſenſibiles produceret, foliolorum numerum vſque ad duodecim auxit. Tum vero tranſpiratio et vrina copioſae fieri ventriculusque nonnihil dolere coepit. Septem obſeruationes infuſionis et aquae deſtillatae foliorum efficacitatem in affectionibus herpeticis curandis extra omnem dubitationem ponunt. Ex illis ſequentem cum lectoribus communicabimus.

p. 10. „Mulier ruſtica menſe Iulio 1780 me adiit, vt de „herpetibus farinoſis me conſuleret, quibus facies e„ius iam integrum per annum diutiusque deturpata „fuerat. Iuſſa eſt huius plantae infuſionem ſumere, „quae intra ſex hebdomadas hunc morbum penitus „fugauit."

„Aegrota poſt ſanationem nihil mali paſſa eſt, nar„rauitque mihi, ſe, cum temperamento ſit ad triſtitiam „procliui, ſimulac huius plantae infuſionem bibiſſet, „hilarem factam eſſe, libentiusque labores ſuos per„feciſſe. Ceteri aegroti, qui idem poſtea remedium „adhibuerunt, hoc ipſum faſſi ſunt."

Multum

Multum abfuit, vt nofter, quemadmodum plurimi alii, fuarum meditationum fructus folus vellet colligere: fcilicet femper arbitratus eft, inuenta medica ad omnes omnino homines pertinere. Vnam fpectat humani generis vtilitatem: quam fi quouis modo promouere ipfi liceat, fuauiffimum fui laboris praemium reportaffe fibi videtur.

Quinque obferuationes fiftuntur fuper paralyfi noftro toxicodendro perfanata. Cafuum horum notatu dignorum defcriptiones accuratae in ipfo libello legendae funt.

Quando folia huius plantae fummum vigorem nacta funt, quod fere menfe Iunio fit, refecari ea oportet, idque ea cum cautione, quam planta tam venenata poftulat. p. 43.

„Homines, quorum opera vtor, nofter inquit, ma„nicas gerunt pelliceas, quae ad medios vfque cubitos „adfcendunt, neue recedant, vinculis adftringuntur. „Hac ratione planta nunquam iis nocuit, vnum fi ex„cipias, cuius palpebrae plantae vapore inflammatae „funt; alii e contrario plantae folia vel fine manicis „colligentes ne minimum quidem incommodum „patiuntur."

„Quatuor libras foliorum huius toxicodendri „cum triginta duabus libris aquae deftillaui. Sic „aquam deftillatam nactus fum, odore exiguo inftru„ctam, licet haec planta odore careat."

„Aqua deftillata os pungebat atque inflammabat, „fi linguae imponeretur."

„Decoctum, quod in vafe deftillatorio remanferat, „colore erat fufco, tegebaturque pellicula leui pin„guique coloris obfcure fufci. Hoc decoctum per „cribrum e pilis contextum tranfmiffum euaporatum„que extractum dedit laeue coloris pulchre nigri.

„Folia e vafe deftillatorio manibus extracta eas „rubro colore infecerunt tumidasque reddiderunt:

„idque ipſum brachiis accidit, pruritusque inſecutus „eſt, qui plures per dies durauit.“

„Quadraginta duae librae foliorum viginti vncias „extracti dederunt, cuius ea eſſet conſiſtentia, vt pi- „lulae commode ex eo formari poſſent.“

In nullo forſitan Flandriae oppido plures, quam Valentinianis (*Valenciennes*), proceſſiones ſacrae inſti- tuuntur. Omnium ordinum incolae vias, per quas illae ducuntur, ramis viridibus floribusque, quos anni tempeſtas fert, ſpargendas curant.

Flores, quibus menſe Aprili viae ſparguntur, ſunt narciſſi pratorum (*narciſſes des prés*), quos ruſtici ven- dendos in vrbem apportant.

„Anno 1786, noſter inquit, duae ex tribus pro- „ceſſionibus menſe Aprili duci ſolitis ob malam tem- „peſtatem inſtitui non potuerunt. Hanc ob cauſam „certa quaedam puella iamdudum hyſterica ſaepeque „vexata conuulſionibus leuibus in ſuo cubiculo nar- „ciſſos viis in vna harum proceſſionum ſpargendis „dicatos repoſuit.“

„Altero die mihi narrauit, magnam ſe mutatio- „nem ſubiiſſe, nullas ſe paſſas eſſe conuulſiones, ſo- „mnumque ſibi meliorem obtigiſſe; cuius rei cauſam „non poſſe aliam eſſe niſi preces continuas iam tan- „dem exauditas.“

„Cum perpenderem, quae cauſa eſſet huius mu- „tationis, videbatur mihi in floribus, quibus cubicu- „lum repletum erat, quaerenda eſſe.“

„Quo certior redderer, auctor fui, vt recentes „narciſſi in cubiculo ponerentur. Quo facto nox in- „ſequens tranquilla ac conuulſionibus libera fuit: id „quod ſat diu non contigerat.“

„Die altero cubiculum euerri, flores omnes amo- „veri ac feneſtras interdiu aperiri iuſſi. Nocte pro- „xima duobusque diebus inſequentibus conuulſiones „denuo apparuerunt.“

„Flori-

„Floribus iterum in cubiculum illatis, dies fuit „a conuulſionibus immunis.“

„Iam cum mihi perſuaſum eſſet, hoc mali leuamen a ſpiritu rectore oriundum eſſe, qui e floribus „euaporaret, extractum eorum tentandum cenſui, ſi „forte motus conuulſiuos ſedare poſſet. Tentaminis exitus ſpem a me conceptam ſuperauit.“

„Quadraginta duo infantes tuſſi conuulſiua liberati ſunt, quae Valentinianis ſub finem anni 1786 „graſſabatur.“ p. 48.

„Quatuor grana extracti narciſſi quatuor vnciis „aquae ſaccharatae ſoluebantur. Tertia quaque hora cochleare huius potionis infantibus dabatur, quare ſingulis diebus magis magisque tuſſis ſedata tandemque morbus penitus ſanatus eſt.“

XXI.

Hiſtoire de la Société royale de médecine. Années 1784 et 1785. Avec les mémoires de médecine et de phyſique médicale pour les mêmes années, tirés des regiſtres de la ſociété. A Paris, chez Theophile Barrois, 1788. in 8.

i. e.

Hiſtoria ſocietatis regiae medicinae. Anni 1784. et 1785. Accedunt diſſertationes medicinae ac phyſices medicae, pro iisdem annis.

Initio huius voluminis de diſſertationibus agitur praemio ornatis ſuper conſtitutione atrabiliaria, morbis neruoſis, morbis hepatis, cutis, infantum, militum, febre in morbis chronicis, medicina practica, epidemiis, topographia medica etc. Noua proponuntur praemia ſuper morbis ſyſtematis lymphatici, ſcrophulis, morbo aphthoſo neonatorum, emanatione aquarum ſtagnantium, morbis hereditariis, morbis mi-

litum. Tum electiones mortesque sociorum narrantur. Sequuntur post elogia virorum clarissimorum, WATELET, BONAMI, HECQUET, MARRIGUES, LOBSTEIN, SERRAO, SCHEELE, BLEIN, JOUBERT, MOLLIN, MARET atque LAMURE: tum refertur de operibus, quae inde ab anno 1783 aut a sociis edita aut ab auctoribus ad societatem missa fuerunt. Vt appareat, qua ratione de his operibus referatur, exempli causa sequentia vertamus. Spectant ea CARREREI enchiridium cognitionum illis necessariarum, quibus cura aegrotorum, puerperarum ac neonatorum etc. demandata est *).

„Noster hunc librum eo scripsit consilio, vt eos „doceret, qui aegrorum curam suscipiunt. Quae „illo continentur, vtilia erunt non modo obstetricibus, verum etiam verbi diuini ministris ruralibus ac „societatibus religiosis. Nec auctoris consilium suc„cessu caruisse, illud declarat, quod hicce liber latissi„me sparsus est primamque eius editionem altera „breui tempore excepit."

Hanc bibliographiam ordine excipiunt obseruationes meteorologicae auctore COTTE, socio regnicola: inquisitiones in contextus cellulosi neonatorum indurationem, auctore ANDRY (doctissimus vir naturam morbi plerisque medicis incogniti satis superque explicat): relatio accurata super pluribus quaestionibus societati regiae medicinae a mareschallo DE CASTRIES, rerum nauticarum curam gerente, propositis de nutrimento nautarum (haec dissertatio nautis vtilissima erit): obseruationes de partibus volatilibus et odoris medicamentorum e substantiis vegetabilibus et animalibus extricatorum, sumtae de disserta-

*) Manuel pour le service des malades, ou précis des connoissances nécessaires aux personnes chargées du soin des malades, femmes en couche, enfans nouveaux nés etc. Par Mr. CARRERE etc.

dissertatione b. LORRY: dissertatio super constitutione annorum 1784 et 1785, vna cum accurata descriptione morborum, qui his annis Lutetiae obseruati fuerunt, auctore GEOFFROY: dissertatio latine scripta super variis speciebus hydropis, auctore CAMPERO: dissertatio, in qua natura, causae, mechanismus ac cura variarum specierum hydropis exponuntur, signaque recensentur, quae indicationes diuersarum medendi methodorum diuersis casibus diuersisque aquosarum collectionum speciebus accommodatarum certo constituunt, scripta, vt de praemio a societate regia medicinae Parisina proposito certaret, auctore BARAILLON, socio regnicola Molinis (*Moulins*) degente. Plurimi aestimandus est hic de hydrope tractatus. Nos sequentem locum ad therapiam spectantem cum lectoribus communicabimus.

„In vniuersum plantae bulbosae si vini aceto tra„ctantur, praestantissima diuretica exhibent, quae in„primis tum prosunt, quando multum caloris, aut „multum sitis, aut vtrumque simul, aut alui fluxus „perniciosus etc. adest. Plurimos hydropicos oxy„melle colchico persanaui, quorum ex numero ma„tronam in Remorum ciuitate (*Reims*) degentem no„minare sufficiat. Haec magno remediorum nume„ro incassum vsa fuerat, cum oxymel colchicum ei „propinaretur: sed duplum fuit dosis a STOERCKIO „commendatae sumendum. Nonnunquam ptyalis„mum excitat vberem ac perquam salutarem. Cepa „floris, qui *Imperialis* dicitur, remedium etiam poten„tius exhibet, quod in iisdem casibus adhibitum spei „mire respondit. Sumenda est mense Septembri aut „Octobri, quo tempore odorem tam acrem spargit, „vt cubiculum, vbi adseruatur, habitari non possit. „Duae tresue eius vnciae in frusta diuisae librae vni „generosi aceti induntur, perque duas tresue heb„domadas digeruntur, donec omnis odor ac sapor

„euanefcat. Tum in frigore cum fex quartis (*quarts*) „facchari in fyrupi quandam fpeciem coguntur. Prin- „cipia enim huius plantae efficaciffima perirent, fi „ignis adplicaretur. Singulis diebus vna duaeue vn- „ciae plures in dofes diuifae propinantur. Hoc re- „medium non modo vrinas ciet, fed etiam fudorem „ac tranfpirationem excitat.“

Ad finem huius operis feguntur meditationes fu- per febre fecundaria atque tumore in variolis, aucto- re HALLÉ.

XXII.

Entomologie ou hiftoire naturelle des infectes; avec les différences fpécifiques, la defcription, la fynonymie des auteurs etc. et la figure enlu- minée de tous les infectes connus. Par Mr. OLIVIER, Docteur en médecine etc. A Paris, chez Prevoft, Lamy et Royez, libraires; 1789. 4.

i. e.

Entomologia fiue hiftoria naturalis infectorum, cum differentiis fpecificis, defcriptione, fyn- onymia auctorum etc. Auctore OLIVIER, me- dicinae doctore. Cum tabb. colorr.

Studium hiftoriae naturalis noftris diebus tam late fparfum eft, vt quotidie opera prodeant res natu- rales illuftrantia, alia aliis grauiora. Figurae fplen- didae, obferuationes praeftantiffimae, diftributiones methodicae, defcriptiones accuratae doctorum viro- rum recentioris aeui dum vna ex parte entomologiae ftudium expeditius reddunt, ex altera parte maximum fpecierum numerum moresque nonnullarum notos faciunt, hanc hiftoriae naturalis partem, quae gra- viffimis adnumeranda eft, mire promouent. Hoc

vero

vero nomine longe plurima debentur inquiſitionibus permultorum entomologorum ac peregrinatorum in Europa exteriſque terris inſtitutis.

At enim licet magnam vim inſectorum iamdudum nouerimus, tamen ne dimidia quidem pars eorum adhuc deſcripta, vixque ſexta figuris expreſſa fuit. FABRICIVS, cuius liber inter opera ſyſtematica entomologiae locupletiſſimus eſt, ne ſex quidem millia inſectorum deſcripſit, etſi in ſolis collectionibus Pariſinis plus decem millia reperiuntur.

In magno illo auctorum numero, qui de inſectis ſcripſerunt, plerique nihil dederunt niſi obſeruationes aut hiſtoriam paucorum indiuiduorum: nonnulli ſatis habuerunt, ſi illa deſcriberent inque ordinem methodicum redigerent: alii denique tantummodo nonnullarum ſpecierum notatu dignarum, quas ipſi poſſiderent, icones exhibuerunt. CRAMER ac STOLL ſoli aliquot genera completa ſiſtere conati ſunt.

Defuit igitur hucusque hiſtoria generalis inſectorum, quae compleċteretur 1) elementa entomologica, 2) ordinem methodicum, 3) deſcriptiones accuratas, 4) ſynonymiam auctorum integram, 5) nominum etymologiam, 6) hiſtoriam morum, vitae laborumque inſectorum in variis eorum ſtatibus, 7) vſum oeconomicum, vires medicas, 8) denique opus, vbi figurae exactae inſectorum notorum exhiberentur.

Talem inſectorum hiſtoriam a clariſſ. OLIVIER exſpectare iuſſi ſumus. Iam dudum ei conſcribendae operam nauauit. In quo labore haud parum adiutus fuit; vndique enim ad eum inſecta allata ſunt. Praeterea collectiones ditiſſimas, quarum theſauris ipſe in admirationem raperetur, perluſtrare ei licuit. Gratus laudabit, quicunque vllas vel obſeruationes communicando vel ex collectionibus inſecta ad pingendum commmodando ipſius laborem promouerunt.

Clariss. auctor praestantissimos elegit pictores ac solertissimos sculptores, vt insecta, quantum fieri potest, accurate expressa sistantur.

Cum liber gallice scriptus sit, vt exteri linguae gallicae ignari e nostri laboribus fructus capere possint, synonymiam semper excipiet breuis descriptio latina.

Omnia insecta ad naturae ductum ac magnitudine naturali pingentur. Quae vero nimis parua sunt, vt characteres eorum agnosci non possint, simul ea magnitudine sistentur, quae oculo armato apparet.

Characteres essentiales cuiuslibet ordinis ac generis ex antennis, partibus oris tarsisque desumti magnitudine satis aucta exhibebuntur, vt facile queant agnosci.

Initium operis coleopteris dicatum est, vtpote quae ordinem insectorum maxime numerosum, cognitu dignissimum maximisque tenebris hucusque involutum efficiunt. Tum ceteri ordines deinceps pertractabuntur. Sed cum lepidoptera Asiae, Africae et Americae auctore CRAMERO, et lepidoptera Europae ERNSTII nomine publicata libri sint omnibus absoluti numeris, inutile est, ordinem lepidopterorum retexere. Quoniam haec historia insectorum generalis tanquam pro continuatione illorum operum habenda est, eadem cum illis forma prodit.

Singulae tabulae insecta vnius eiusdemque generis continebunt. In qualibet tabula praeter eius characterem numericum nomen generis, cui dicata est, secundum eum ordinem, quo illud collocatum fuerit, notabitur. Quotannis quini missus prodibunt, qui sexaginta tabulas complectentur, vt in quolibet missu duodecim tabulae contineantur. Singuli missus viginti quatuor libris gallicis constabunt.

XXIII.

XXIII.

Entomologie ou Hiſtoire naturelle des inſectes, avec leurs caractères génériques et ſpécifiques, leur deſcription, leur ſynonymie et leurs figures enluminées. Par Mr. OLIVIER, docteur en médecine, de l'Académie des ſciences, belles lettres et arts de Marſeille, correſpondant de la ſociété royale d'agriculture de Paris. Coleoptères. Tome I. à Paris chez Baudouin, et ſe trouve à Strasbourg chez Amand Koenig, libraire. 1790. 4.

i. e.

Entomologia ſiue hiſtoria naturalis inſectorum, cum eorum characteribus genericis ac ſpecificis, deſcriptione, ſynonymia iconibusque coloratis. Auctore OLIVIER, medicinae doctore, academiae ſcientiarum, literarum elegantiorum artiumque Maſſilienſis ſocio, ſocietatis regiae agriculturae Pariſienſis correſpondente. Coleoptera. Tomus I.

Nomine coleopterorum inſecta inſigniuntur, quae binas habent alas membranaceas, venoſas, ſub inuolucris latentes, quae *elytra* dicuntur, ſuntque vna ex parte conuexa, ex altera concaua, coriacea, ſat dura, inter ſeſe linea vel ſutura recta connexa. Vocabulum *coleopteron* graecae eſt originis compoſitumque ex duobus verbis, quorum vnum *inuolucrum*, alterum *alam* ſignificat.

„Alae coleopterorum, noſter inquit, complicatae „ſunt ſubque elytris latent, quando inſectum iis non „vtitur; ſed vbi volare inſtituit, elytra a latere ſecedunt alaeque panduntur. Elytra aperta ſatisque re„mota, ne alarum motus impediantur, ſuo ſitu hori- p. V.

zontali

„zontali ac concauitate volatum adiuuant; tamen „ipſa non mouentur, quamdiu alae quaſſantur, quae „aërem concutientes ſolae inſectum ex vno loco in „alium promouent. Alae coleopterorum ponderi „corporis eorum neutiquam reſpondent: etenim nec „ſatis amplae ſunt, neque muſculis ſatis fortibus re-„guntur; quae cauſa eſt, cur haec inſecta peſſime „volent nec ſine difficultate ſeſe in altum tollant. „Volatus eorum breuis eſt, incertus, parum ſibi con-„ſtans; volant tarde ac difficulter; aërem frequen-„ter quatiunt, ventoque minimo humo alliduntur. „Nonnulla tum demum volatum tentare poſſunt, „quum atmoſphaerae omnes ſunt motus ſedati. Alia, „quorum corpus minime omnium ponderoſum eſt, „paullo facilius in altum emergunt volantque, inpri-„mis quando aër calidus et ſiccus eſt: ſed eorum vo-„latus breui durat, etſi frequenter repetitur. Cete-„rum nullum coleopterorum vento aduerſo volare „poteſt."

p. VI. „Magnus coleopterorum numerus ſuis alis parum „aut prorſus non vtitur. Haec ſeſe alium in locum „aut gradiendo aut ſaliendo transferunt. Sunt etiam, „quae alis penitus careant. In his elytra ſutura ſua „connexa ſunt, nec aperiri poſſunt. Haec exceptio, „quae tantummodo aliquot ſpecierum eſt, minime „reddit claſſificationem coleopterorum incertam, quo-„niam alae non ſunt neceſſario examinandae, ſed ſuffi-„cit ad elytra, quae nunquam deſunt, attendere, vt „primo intuitu coleopteron a ceteris omnibus inſe-„ctis diſtinguas."

„Hic ordo inſectorum plura ceteris genera adeo-„que plures ceteris ſpecies complectitur. Si lepi-„doptera excipias, coleoptera in ſtatu ſuo perfecto „omnium diligentiſſime conquiſita atque indagata fue-„runt, vel ob plerorumque colores ſplendidos, vel ob „multorum formam ſingularem miramque, vel quod „faci-

„facilius ab hiſtoriae naturalis ſtudioſis ac peregrina-
„toribus capiuntur, vel denique quod ceterorum or-
„dinum inſectis facilius inter ſe diſtinguuntur.“

Coleopterorum geneſis, vt omnium inſectorum alatorum, quatuor formis diuerſis abſoluitur: primo ouum prodit, tum larua fit, quae in nympham poſtque in inſectum perfectum conuertitur. Noſter ordine de eorum metamorphoſibus, exuuiis, cibis moribusque diſſerit.

Coleoptera vbiuis ſparſa ſunt: terram ſabulumque perreptant: in excrementis animalium, in terra, ſub lapidibus, ad plantarum radices, in truncis arborum mortuarum adeoque viuarum, in lignis, in cadaueribus recentibus, inque ſubſtantiis animalibus deſiccatis habitant: ſaepe comparent in floribus foliisque plantarum et arborum. Veneno carent: nullum aculeo armatum eſt, nullum pungit, omnino nullum hominibus ac quadrupedibus viuis metuendum eſt.

Vſus oeconomici viresque medicae horum inſectorum a clariſſimo auctore diligenter indicantur.

„Nullum coleopterorum, inquit, in artibus adhi- p. XIV.
„betur. Tamen iure credideris, nonnulla in huius-
„modi vſus recte poſſe conuerti. Meloë quidem
„proſcarabaeus, dum arripitur, ex ore et articulatio-
„nibus pedum liquorem emittit gummoſo-reſinoſum
„coloris aurantii perpulchri, qui in arte pingendi
„tingendique vſu fortaſſe non careat: hoc inſectum
„ſat grandi eſt corpore ac frequenter occurrit. E
„plerisque inſectis, qualia ſunt bruchi, carabi, can-
„tharides, ſal poſſet extricari in medicina, in artibus
„inprimis ad tincturam vtilis.“

„Nitor metallicus aliquot cetoniarum, multarum
„bupreſtidum, tinctusque pulchri nonnullorum cur-
„culionum ac caraborum operibus pretioſis parandis
„inſeruire poſſent, quae ſane ſuo ſplendore argento,

„auro

„auro, vltramarino lapidibusque pretiofis nihil cede-„rent. Nonnulli annulis inferendum curarunt cur-„culionem regalem (*le charançon royal*), cuius colo-„res aureus fplendidiffimus, viridis auratus, caeruleus „purpureusque omnium intuentium admirationem „cient. Indi aliquot horum infectorum in ornamen-„torum loco habent, feminaeque ex iis conficiunt „collaria, inaures, corollasque, quibus ad ornandum „corpus vtuntur."

Nouimus artificem, qui elytra fcarabaei aurati in fafciculos elegantiffimos colligat.

„Romani laruis aliquot fpecierum coleopterorum, „vt lucani cerui cerambycumque maiorum, vefce-„bantur. Horum laruas e lignis vetuftarum quer-„cuum colligebant atque farina nutriebant, pinguio-„resque reddebant. Etiam Americani Indique laruis „curculionis palmarum pro cibo delicato vtuntur. „Hae laruae in vertice palmarum reperiuntur, quae „in regionibus calidis vtriusque Indiae copiofe cre-„fcunt; fed vt laruas incolae nancifcantur, arbor eft „caedenda."

p. XV. „Cantharides in Hifpania, Italia, Gallia, Germania „totaque fere Europa admodum frequenter medicis „remedium exhibent efficaciffimis adnumerandum. „Horum infectorum vfus maxime externus eft, cum „viribus veficatoriis polleant. Etiam aegrotis propi-„nantur, fed magna cum cautione ac dofi perexigua, „nam vfum eorum internum nonnunquam fympto-„mata perquam grauia fequuntur."

„Cantharides veterum ac Sinenfium ab Europaeo-„rum cantharidibus differunt. Sinenfes adhibent „bruchum cichorei (*mylabre de la cichorée*), atque ex „iis, quae Diofcorides in materia medica retulit, non „de nihilo colligas, cantharides veterum easdem fuif-„fe, quibus Sinenfes adhucdum vtuntur. Canthari-„des efficaciffimae, inquit Diofcorides, funt variis di-

„ftinctae

„ſtinctae coloribus, ſtriis flauis, transuerſe porrectis, „corpore oblongo, magno et pingui; vnicolores vi-„ribus carent. Iam haec cantharidis deſcriptio a „Dioſcoride data a noſtra ſpecie, vtpote coloris pul-„chre viridis, abhorret; magis reſpondet brucho ci-„chorei admodum copioſo in terra, quam Dioſcorides „habitauit, omninoque in tota Aſia, vbicunque a mari „mediterraneo alluitur.“

„Apparet noſtras cantharides non ſolas tanquam „remedium veſicatorium vſurpatas fuiſſe. Clar. GEOF-„FROY ſuſpicatur, carabos eundem vſum praeſtare „poſſe. Forſitan iuſto negligentiores fuere homi-„nes in vſu inſectorum medico technicoque indagan-„do: procul dubio ideo fuerunt neglecta, quod tam „exiguo eſſent corpore. Tamen dubitari nequit, „permulta inſecta viribus ſuis cantharides aequare. „Meloë proſcarabaeus, cuius vires in hydrophobia „ſananda noſtris diebus tantopere laudatae ſunt, iam „Matthioli aetate pro remedio huius morbi tam diri „ſumebatur, forſitan ſucceſſu non maiori, quam no-„ſtro aeuo factum ſcimus. Nihilominus proſcara-„baeus virtutibus cantharidi ſaltem non cedit; ſunt „adeo, qui aſſeuerent, hocce inſectum, ſi interne ap-„plicetur, acrius eſſe cantharidibus magisque illis „irritare.“

„Olim mandibulis lucani cerui ſub nomine cor- p. XVI. „nuum ſcarabaeorum interne vſi ſunt. Eadem inter „amuleta relata ſunt ad quartanam ſanandam aut vri-„nam infantum nimiam coërcendam. Sed haec ſub-„ſtantia, cui ſolae vires ſunt abſorbentes, iamdudum „ex arte medica exploſa fuit, atque amuleta nunquam „niſi ab ignaris, impoſtoribus aut ſuperſtitioſis vſur-„pari potuerunt.“

„In nonnullis pharmacopoeis oleum exſtat ſcara-„baeorum; ſed ignoramus, quale inſectum hoc oleum „dederit. Conſtat veteres propemodum omnia cole-

„optera

„optera nomine nimium generico *ſcarabaei* compre-„hendiſſe. E cantharidibus elicitur tinctura, quam „*tincturam cantharidum* appellant. Haec tinctura vt „paretur, per aliquot dies cantharidum puluis in vini „ſpiritu digerendus eſt. Magnae ſunt huius remedii „vires: interne ſumitur in hydrope, ſed doſi perexi-„gua: externe adhibetur ad paralyſin tollendam: „etiam veſicatorii vicibus in variis caſibus fungi „poteſt."

Iam noſter accuratam ſiſtit coleopterorum anatomen, indicatque, ſe coleopterorum ordinem quatuor in ſectiones diuiſurum eſſe.

„Prima, inquit, ſectio coleoptera tenebit, quorum „omnes tarſi e quinis partibus ſiue articulis conſtant. „In altera illa prodibunt, quorum tarſi pedum qua-„tuor anteriorum e quinis articulis, pedum autem „duorum poſteriorum tantummodo e quaternis arti-„culis compoſiti ſunt. Tertia ſectio coleoptera com-„prehendet, quorum tarſi omnes modo quatuor ha-„bent partes. Denique in quarta collocabuntur, in „quorum omnibus tarſis tantummodo terni articuli „comparent."

Nihiloſecius etſi ingens numerus inſectorum diu iam cognitus eſt, tamen dimidia eius pars nondum eſt deſcripta, vixque ſextae partis icones proſtant. FABRICIVS, cuius ſyſtema omnium doctiſſimum eſt, ne ſex quidem inſectorum millia deſcripſit, quamuis in ſolis collectionibus Pariſienſibus plura decem millibus reperiuntur.

In magno auctorum numero, qui de inſectis ſcripſerunt, plerique nihil dederunt niſi obſeruationes aut hiſtoriam paucorum indiuiduorum; nonnulli ſatis habuerunt ea deſcribere inque ordinem methodicum cogere; denique alii ſolummodo icones ſpecierum, quas ipſi notatu dignas poſſiderent, exhibuerunt. CRAMER et STOLL ſoli aliquot genera completa reddere conati ſunt.

Quae

Quae cum ita ſint, entoinologiae cultores hucvſque non potuerunt non deſiderare hiſtoriam vniverſalem inſectorum, quae complecteretur 1) entomologiae elementa, 2) claſſificationem methodicam, 3) deſcriptionem exactam, 4) completam ſynonymiam auctorum, 5) etymologiam nominum, 6) hiſtoriam habitus, modi viuendi, laborumque inſectorum in variis eorum conditionibus, 7) vſum inſectorum oeconomicum, viresque medicas, 8) denique figuras accuratas omnium inſectorum cognitorum.

Tale opus noſter dudum molitur. Iam tres eius miſſus ſummo nitore induti deinceps prodierunt. Multum auctor hoc in labore adiutus fuit: nam vndique inſecta ad eum miſſa ſunt: omnes eius vſibus patuerunt inſectorum collectiones, quarum diuitiis ipſe obſtupuit. Gratus laudabit, quicunque praeclarum hoc opus perfectius reddere voluerint, ſiue obſeruationes cum eo communicando, ſiue inſecta ſuarum collectionum ad depingendum ei commodando. Nonnemo harum rerum ſtudioſus, qui non minus ſcientia quam ſtudio ac voluntate hiſtoriam naturalem promouendi excellit, ſumtus hoc in opus neceſſarios expendere non grauatus eſt, hoc ſolum in votis habens, vt docti viri rerumque naturalium ſtudioſi opus completum ſuper hiſtoriae naturalis parte perquam graui nanciſcantur. Neue ſucceſſu labor careat, auctor optimos pictores ac ſculptores diligentiſſimos elegit, vt ſibi perſuadere poſſit, inſectorum icones accuratiſſimas exhiberi. Gallice ſcriptum eſt opus; vt tamen exteri huius linguae ignari laboribus noſtri vti poſſint, ſynonymiam breuis deſcriptio latina ſequitur.

Genera coleopterorum iam tractata ſunt *Lucanus*, *Lathrus*, *Scarabaeus*, *Trox*, *Melolontha*, *Cetonia* et *Hiſter*.

Quilibet miſſus, qui duodecim tabulas complectitur, viginti quatuor libris Gallicis conſtat.

XXIV.

Tableau encyclopédique et méthodique des trois regnes de la nature dédié et présenté à Mr. Necker, ministre d'état, et directeur général des finances, Cetologie et Erpétologie. Par Mr. l'abbé BONNATERRE. A Paris, chez Panckoucke, libraire. 1789. 4. avec des planches.

i. e.

Tabula encyclopaedica et methodica trium regnorum naturae, Cetologia et Herpetologia. Auctore BONNATERRE, cum tabb. aen.

Historia naturalis cetaceorum spissisimis adhuc tenebris obscuratur. Omnino historia animalium marinorum non modo confusissima est, sed etiam incrementi perquam exigui capax. Obstaculis enim, quae elementum hominibus imperuium historiae naturalis studiosis opponit, singulares accedunt difficultates. Scilicet in maribus septentrionalibus, sub montibus giacialibus pleraque cete commorantur. Iam quis tanta est cognoscendi cupiditate, tantaque audacia ac patientia, vt longinqua illa maria vitae suae periculo adeat, annosque integros studio historiae animalium consumat, quorum naturam admodum difficulter obserues, cum loca illa inaccessa eo tantum consilio petiisse videantur, vt ab hominum sese insidiis tuta praestarent. Itaque hucusque acquiescendum fuit relationibus fere parum accuratis piscatorum testimoniisque nonnullorum peregrinatorum, qui in illas regiones glaciales penetrarunt.

Hic de cetaceis tractatus etsi parui est voluminis, tamen non sine magno labore a clariss. auctore conscriptus fuit. Non seruili transscripsit diligentia, quae ante eum auctores literis prodiderunt: veterum scriptorum narrationes examinauit cumque illis comparauit,

parauit, quae a recentioribus ſcripta ſunt, vt intelligeret, quid probandum quidue reiiciendum eſſet. Methodum LINNAEI fere ſequens generum characteres accuratius, quam antea factum erat, conſtituit, cum res tam obſcura quam maxima luce colluſtrari debeat. Etiam phraſes ſpecificas plerorumque auctorum immutauit, quandoquidem ei perſuaſum eſt, primarium ſcriptoris hiſtoriae naturalis officium huc redire, vt characteres, quibus ſpecies diſtinguuntur, ſemper ſibi inuicem opponat. Quicquid ſuper moribus, habitu, generatione, alimentis, piſcatione vſuque cetaceorum refert, in plurimis libris, notis vel diſſertationibus cum eo communicatis diſperſum erat, vnde in vnum locum colligendum fuit. Propemodum nihil ſcriptum erat de horum animalium anatomia: hoc adeo argumentum ſummam curam inque inquirendo diligentiam poſtulauit. Vno verbo noſter nihil praetermiſit, quod ad libri praeſtantiam augendam aliquid conferre poſſe videretur.

Vt ratio operis quodammodo appareat, exordium introductionis vertamus.

„Mare non ſolorum piſcium patria eſt: praeter p. VII.
„illos enim ſuo in ſinu vita fere infinitam animalium „continet tam forma quam magnitudine diuerſorum. „Regnum eſt immenſum, cuius dominatio per vniverſam naturam pertinet, cuique omnes animantium claſſes tributum pendere videntur: animalia „quadrupeda, quae ſyluas noſtras incolunt; inſecta, „quae aërem implent; aues, quae arbuſtis noſtris „amoenitatem conciliant; ſerpentes, qui ſub vepribus latitant; reptilia, quae in aquis ſtagnantibus „haerent; vermes, qui in limo repunt; denique „omnes tribus animalium in noſtro globo viuentium „vaſtiſſimum illud elementum prole ſua numeroſiſſima augent, quae ſi vnum in locum collecta oculis „ſiſti poſſet, ſpectaculum foret, quod tam numero

 quam

„quam diuerſitate indiuiduorum ſummam nos in ad-
„mirationem raperet.“

„Inter illas autem colonias diuerſae naturae ad-
„mirabile quoddam genus eminet, quod eo videtur
„conſilio creatum, vt ceteris imperaret: ſcilicet ba-
„laena in mediis illis animalibus ſeſe tanquam eorum
„reginam ciuibus ſuis ſtipatam gerit. Si eius proce-
„ritatem conſideres, elephantum eadem ſuperat ratio-
„ne, qua terrae magnitudo a maris amplitudine ſu-
„peratur. Agilitas roburque cum corporis proceri-
„tate congruunt: vno enim caudae ictu naues inuer-
„tit ſubmergitque. Spiritus vento violento ſimilis
„duas in aërem eiaculatur aquae columnas immenſi
„voluminis et quaſi in puluerem diuidit. Balaenam
„appropinquare, eminus ex rapida maris fluctuatio-
„ne intelligitur, tanquam ſi tempeſtas ingruat, licet
„balaena plus milliario adhuc diſtet. Mox coloſſus
„animatus conſpicitur vndas findens velocius, quam
„aquila aërem peruolat, vorticesque poſt ſe relin-
„quens, quorum motus orbicularis cum omnibus
„corporibus vicinis communicatur. Haec vis iam
„per ſe immanis etiam creſcit, ſi balaena cum hoſti-
„bus confligtans vulnusque ſibi illatum ſentiens to-
„tum robur a natura ſibi datum exſerit. Tum ſtre-
„pitus auditur fragore tormenti maioris vehemen-
„tior: mare ad fundum vſque agitatur: ſuperficies
„eius ſpumeſcit, vndaeque caudae terribilis ictibus
„flagellatae ad nubes vſque proſiliunt.“

„Haec tabula breuis non ſufficit ad naturam hu-
„ius animalis enormis ac prodigioſi, quo maius in
„terra non exſiſtit, cognoſcendam. Accuratius eius
„indolem intelligas, ſi in vnum colligas, quicquid ſu-
„per organiſatione, moribus habituque indiuiduorum
„hancce familiam non admodum numeroſam conſti-
„tuentium notum eſt.“

Clariſſ. auctor cetaceorum tribum quatuor in claſ-
ſes diuidit. Prima complectitur balaenas, quae octo
ſpecie-

ſpeciebus continentur. Altera monodontes, quorum tantummodo duo nouimus. Tertia phyſeteres, quorum ſex ſpecies ſunt. Quarta eaque vltima delphinos, quorum nouem ſunt ſpecies.

Subſtantia, quae ſperma ceti (*blanc de baleine*) dicitur, in capite phyſeteris continetur. Fluida eſt, ſed vt refrigeſcit, coagulatur Tum ſubſtantiae interiori anguriae ſimilis eſt. Nemo ignorat, ſperma ceti mercem conſtituere haud leuis momenti. Magnus eſt eius in arte ſalutari vſus ad morbos nonnullos ſanandos. Vnguentum praebet praeſtantiſſimum in vulneribus recentibus curandis.

Ambra griſea eſt ſubſtantia leuis, pinguis, opaca, colore perſaepe cinereo, maculis adſperſa albidis aut nigris. Calore emollitur, atque vnctuoſa odoraque fit. Hic odor etiam fortius explicatur, ſi ambra griſea cum pauxillo aliorum aromatum commixta eſt. De natura et origine huius ſubſtantiae inter hiſtoriae naturalis ſcriptores parum conuenit: alii enim contendunt, balaenae excrementum eſſe, alii, auium, alii, ceram melque ſole ac ſale marino cocta digeſtaque, alii denique bituminis quandam ſpeciem, quae e terrae ſinu in aquas marinas influat, ibique condenſetur ac conglutinetur.

In hac cetologia balaenae piſcandae ratio accuratiſſime docetur.

Herpetologia ſerpentes ac reptiles comprehendit. Haec animalia nunc appellantur amphibia repentia, nunc quadrupeda ouipara, nunc reptiles: ſed nullum horum vocabulorum quamuis a celeberrimis auctoribus vſurpatorum perfecte cum illorum natura congruit. Longe difficillimum negotium noſtro in hac zoologiae parte ſuſtinendum accurata fuit ſpecierum diſtributio: etenim aetas, metamorphoſes, ſexus plurimas diuerſitates colorum, inprimis in bufonibus raniſque, producunt. Clariſſimus auctor non ſolum

gradus viſum fere fugientes horum diuerſorum colorum, ſed etiam characteres conſtantes, quibus ſpecies dirimuntur, determinauit: cumque neceſſarium ſit, vt in longa corporum naturalium ſerie deſcriptiones eadem ratione conficiantur, quo notae characteriſticae luculentius appareant, propemodum omnes phraſes deſcriptioni animalium inſeruientes transformandae fuerunt. Syſtema naturae immortalis LINNAEI pro baſi atque exemplo ei fuit: neque immerito, nam ſcripta Linnaeana tanquam exempla ſibi proponere debent, qui aliquid de hiſtoria naturali conſcribendi conſilium ceperunt.

Exordium huius herpetologiae pariter cum noſtris lectoribus communicabimus.

p. 6. „Inter omnia animalia, quae natura per terrae „ſuperficiem diſperſit, vt vita, motusque exſiſterent, „maxime reptilia nouercali videtur animo tractaſſe. „Quicquid in iis conſpicimus, fere neglectus odiique „naturae notam ſibi impreſſam gerit. Corpora ho„rum animalium maſſae ſunt deformes inertesque „ſenſus obtuſi, inſtinctus ſenſationum craſſiſſimarum „limitibus circumſcriptus. Alimenta quaerunt in „locis lacunoſis limoſisque. Nullum eorum gratia „et hilaritate ceterorum animalium terreſtrium in„ſtructum eſt. Nec in terra, nec in aëre, vt illa, ſe„ſe motant atque oblectant, ſed torpentia iacent, in „terra, ſtagnorum marginibus, rupium cauernis, ſub „vepribus ſterilibus. Alia ſolis radios affectant: alia „loca tenebroſa, humida, ſolitaria interdiu occupant, „tantummodoque noctu progrediuntur, vt fere arbi„treris, corporis ea deformitatem celare hacque ipſa „re efficere velle, vt ne homines ipſorum praeſentia „terreantur horroremque ac nauſeam concipiant. „Nihiloſecius cum omnes magnae illius catenae re„rum creatarum articuli, ſi rem praeiudicio non oc„cupatus conſideres, noſtra ſint contemplatione di-

„gni,

„gni, etiam his animalibus aliquid ineſt, quod diligen-„tem hiſtoriae naturalis cultorem delectet capiatque. „Non ſine iucunditate adſpicimus, quos in vſus ſtru-„cturam craſſam ſuorum membrorum et organorum „conuertant: delectamur examine morum habitus-„que eorum, rationis, qua cum animantibus intelli-„gentiſſimis coniunguntur, denique eorum a materia „inerti diſtantiae. Hoc ſtudium ſi diligenter inſtitui-„tur, oculis noſtris omnes naturae theſauros patefa-„cit, ſummoque nos admirandorum naturae ſtupore „afficit."

Haec herpetologia in duas magnas claſſes pluraque genera diuiſa eſt. Prima claſſis reptilia continet, quae cauda carent, vt ſunt ranae et bufones. Altera conſtat reptilibus, quae caudam habent, vt ſunt teſtudines, chamaeleones, crocodili, lacertae, dracones, ſalamandrae. Ad finem exſtat deſcriptio duorum reptilium bipedum.

Hae duae monographiae zoologicae triceſimum tertium encyclopaediae methodicae miſſum efficiunt.

XXV.

Notice des Inſectes de la France, réputés venimeux. Tirée des écrits des Naturaliſtes, des médecins et de l'obſervation. Par Mr. AMOREUX, fils, Docteur en médecine en l'Univerſité de Montpellier, Bibliothécaire, de pluſieurs Académies et Sociétés d'agriculture. A Paris, rue et Hôtel ſerpente, 1789. 8. pagg. 302. avec figures.

i. e.

Diſſertatio de inſectis Galliae, quae venenoſa putantur, deſumta e libris ſcriptorum hiſtoriae naturalis, medicorum atque obſeruationibus. Auctore AMOREUX, filio, medicinae doctore. Cum figg.

Hic tractatus, quem academia Lugdunensis praemio decorauit, omnia continet, quae de noxa venenoque insectorum sciri possunt. In eo noster vbiuis docti rerum naturalium scrutatoris peritique medici sagacitatem exserit. Statim ab initio indicat, quantum multa animalia noceant. Serpens malignus, inquit, sub vepre repens grande animal quadrupes, a quo elidi posset, insidiose adoritur, letaliter vulnerat, prosternit, deuoratque. Plures dies adeoque menses eius cadauere satiatur. Aranea imbecillis, quae nullum aliud spatium nisi telae suae percurrit, vbi animalibus in cibum sibi cedentibus insidias struit, muscas venatur insectaque parua alata, quae tot alia pericula effugerunt. Igitur lex fortioris non semper in animalibus praeualet: imo lex instinctus atque occasionis aut necessitatis. Si insecta nostri corporis respectu considerantur, animalia sunt singularis naturae, quae nostram patientiam vehementer exercent, dum nobis nihil non malorum, quod possunt, inferunt, vtilitatis vero, vt videtur, perparum praestant. In infinitum vsque multiplicantur, summaque sunt voracitate. Vbiuis nascuntur, quaelibet pro alimentis vsurpant. In alio metamorphosis statu aliis cibis vescuntur. Gregatim apparentes saepe stragem edunt. Summam hominum diligentiam eludunt, eorumque vtensilia ac supellectilem corrodunt. Oeconomi agricolaeque non sine difficultate horrea domosque ab iis defendunt. Innumerabilia insecta figurae diversae omnium messium primitias impune sibi vindicant: saepe praestantissimas terrae productiones, vel in herba vel in granis aut fructibus ac leguminibus funditus perdunt. Ipso adeo momento, quo historiae naturalis studiosus optimis suis collectionibus servandis omnem impendit operam, hae insectis corrumpuntur. Chartae nostrae ac libri contra eorum voracitatem defendi non possunt. Herbaria iis de-

vastan-

vastantur, medicamentaque corroduntur. Denique ipse homo per totam vitam importunitate insectorum vexatur, mortuusque ab iis pereditur. Res sane, si qua alia, aptissima ad hominum superbiam fastumque retundandam!

„Rerum naturalium cultoris est, non esse delica- p. 16.
„tulum nec quicquam facile aspernari. Quicquid „vim habet animatam aut inanimem, eius cura „studioque dignum esse debet. Minimus insecti „motus pariter ac magnae operationes naturae eum „docent. Semper parua cum magnis comparat. „Acaro non minus quam elephanto organisatio contigit, pulici agilitas non minus quam catulo, myrmeleonti astutia pariter ac vulpi vaferrimae, scorpioni venenum pariter ac crotalo.“

„In hac immensa rerum creatarum vi, quas natura singulis diebus reproducit, maxime mirabilis „est prodigiosa illa insectorum multiplicatio, quae „illorum corporis magnitudini vitaeque durationi „proportionalis esse videtur. Haec multiplicatio „certis est legibus adstricta, quae tamen interdum „violantur. Certa quaedam temperatura, eaque potius mitis humidaque, quam frigida aut calida ac sicca, multum promouet multiplicationem atque apparentiam insectorum, quae granis, fructibus omninoque omnibus terrae productionibus noxam inferunt. Multiplicatio illorum, quae inprimis in campis nocent, a tempestate dependet, qua ex ouis prodeunt exuuiasque deponunt. Idem de florum fecundatione germinumque augmento valet. Dum „fructuum vberrimam messem speramus, pluuia intempestiua, frigus mutationum medio vere, grando, „ventus adurens, nebula pestilens omnem agricolarum spem vno temporis momento euertunt. Pari „ratione qui dies certae insectorum speciei exclusionem promouet, idem alius speciei integros greges

„necare poterit: vnde intelligitur, cur certis annis „arbores videamus fructibus insectisque coopertas. „Aliis annis, nisi infinita dei prouidentia humani ge„neris saluti consuleret, multiplicatio insectorum „enormis foret, terraeque fruges vix illis solis suffi„cerent; ibi cum maxima pars harum frugum defi„ciat, reproductio praedatorum tempestiue sistitur."

Hoc opus entomologicum duas in partes diuisum est. Prima pars exhibet varia Galliae insecta, quae venenosa habentur. Auctor ea distinguit nomine, cognomine, charactere proprio ac generico, structura, denique moribus. Altera pars de natura veneni cuiuslibet insecti, de punctus eorum ratione deque remediorum viribus agit."

Vertamus, quae de nonnullis horum insectorum noster disputauit.

p. 256. 1) „*De Culice.* Nemo ignorat, sua saepe expe„rientia edoctus, quid in nos incommodi e culicum fa„miliaritate retundet. Tumores erysipelatodes cir„cumscripti, oedemata exigua, ingentes pruritus etc. „effectus sunt veneni singularis naturae, quod inse„ctum aculeo suo nostro corpori ingerit. Vrticae „aliarumque nonnullarum plantarum vulnerationem „similia symptomata consequuntur, quae non sunt „corporis simpliciter pungentis, sed succi peculiaris, „acris, atque inflammantis. Mirabile est, insectum „in aquae superficie natum saepeque in lacubus vi„vens, vbi ab omnium animalium consortio remo„tum est, sanguinis inprimisque humani tam auidum „esse. Odore nostrae transspirationis sine vlla du„bitatione inuitatum saepe se delicatum gerit: cutem „speciosam praeoptat, nec omnes homines ei arri„dent. Peregrinus, qui rus inuisit, loci incolis prae„fertur. Visi sunt homines rubore ac tumore, quos „vulnera culicum saepe repetita effecerant, prorsus „deturpati. Motus, quem haec vulnera in sanguine

„excitant,

„excitant, febrem insomniumque gignit, pruritusque „intolerabilis ad locum vulneratum saepe fricandum „inuitant; id quod breuissimum mali remedium „praestat. Inflammatio localis doloresque eo magis „crescunt, quo fortior frictio fit. Praestat, ignem „culicis veneno excitatum saliua aut aqua frigida vel „salsa loco vulnerato applicanda temperare: sic enim „malum sponte sua cessat."

„Expetitum fuit remedium, quod citius malum p. 258. „sanaret. Alcali volatilis haec vis est, quod pruri- „tum cito tollit, tumorisque progressum sistit. Si „pauxillum caloris viuae parti laesae applicatur ac „saliua leuiter humectatur, idem consequitur effectus, „vt ex chirurgi cuiusdam Nannetensis experimentis „constitit."

2) „*De cimice lectulario.* Hoc insectum, tam gra- p. 270. „vis homini noua, super cutem repens vestigia vren- „tia post se relinquit, odoremque spargit teterrimum. „Hic est effectus humoris cuiusdam huic insectorum „generi proprii, in quo multum salis volatilis oleique „contineri chemici docent. Sed certo haec non sunt „sola humoris istius principia: aliud in eo praeterea „insit oportet, quod insecti odorem tam fortem de- „testandumque reddat."

„Pruritus studium primum est medium, quo ma- p. 271. „ligna haec insecta arceri possunt. Vt vero, si iam „adsint, fugentur pereantque cubiculum adspergen- „dum est spondaque lauanda decoctione foliorum „iuglandis aut corticis nucum viridium. Adfricari „potest etiam oleum aut spiritus terebinthinae, vel „solutio vitrioli. Nonnulli succum fructuum limo- „nii adhibent. Muri leuiter induci possunt calce in „aqua aluminata exstincta, quae calida applicanda est. „Etiam vnguentum neapolitanum efficax est."

3) „*De pediculo.* Pediculos in infantia habuisse, p. 272. „vbi a tuis neglectus fueris, ignoscendum est: sed

„aetate

„aetate adulta haec insecta circumgerere, summa est „ignauia ac spurcities. Sane cum quolibet possunt „communicari. Medici, qui plebis curam gerunt, „nonnunquam pro stipendio pediculos auferunt. Par„ticularis est sanguinis humorumque perspirabilium „dispositio, cuius beneficio abominanda haec anima„lia conseruantur inque infinitum multiplicantur, „vnde pustulae tineaque sordida caput operiens ori„ginem trahunt."

p. 273. „Nemo sibi persuadebit, hominesillustres corpo„ris neglectu, sed potius cachexia singuiari pediculo„rum prodigiosam multiplicationem adiuuante, in „morbum maxime horrendum, a pediculo oriundum, „phthiriasin, incidisse, eoque periisse. Talis fuit sors „episcopi Nouiodunensis, FOUCQUEAU, qui anno „955 a tanto pediculorum numero deuoratus est, vt „prius, quam humaretur, sacco pelliceo indendus „isque coosuendus esset."

p. 274. „Venenum, quod pessima haec animalcula inter „cutem carnemque ingerunt, longe perniciosius est „illo, quod ab aliis corpori nostro immittitur. Pedi„culi humoribus animalibus materiaque sudoris aut „transspirationis tam libenter vescuntur, vt cadauera „adeoque ipsos agonizantes relinquant. Medici cli„nici inter mala prognostica certaeque mortis prae„sagia referunt, quod aegroti pediculosi corpus pedi„culosi corpus pediculi sponte sua deserunt."

Varia fragmenta huius tractatus nostram in recensionem translata eius vtilitatem satis superque declarant. Laudanda est magnopere tum pars scientifica ad historiam naturalem spectans, tum therapeutica, quae optima semper antidota docet.

XXVI.

D. PASCAL IOSEPH FERRO, *Sr. Kön. ap. Majestät Rath, erster Stadt - und Gerichtsarzt zu Wien, Mitglied*

Mitglied der Akademie der Naturforscher, vom Gebrauche des kalten Bades. Zweite vermehrte Auflage *). *Wien* 1790. *bei Joseph Edlen von Kurzbeck, k. Hofbuchdrucker, Groß- und Buchhändler.* 8. *pagg.* 352. *sine praef. et indicibus. Tabb. aenn.* 4.

i. e.

PASQVALIS IOSEPHVS FERRO de balnei frigidi vsu. Editio altera auctior.

Sect. I. *De influxu hodiernae viuendi rationis in auctam debilitatem infirmamque valetudinem hominum.* Suos cuique vitae generi morbos esse. Caussae debilitatis in vtroque sexu a prima infantia vsque ad consistentem aetatem graphice descriptae: in praefatione Cl. Auctor se excusat, quod haec omnia per partes quasi exposuerit, id ciuium suorum gratia se fecisse — vtinam nobis non esset exclamandum: omnia fiunt penes nos! Obligationem tamen matrem ad lactandum iusto latius extendere nobis videtur: positionem enim, „feminam, quae concipere, fetum vtero gestare legitimoque tempore excludere possit, „etiam lactare posse," generatim assumendam nullo modo arbitramur. p. 3.

De necessitate remedii vniuersalis aduersus haec mala introducendi. Nostrae viuendi rationis sequelas omnes concurrere in debilitate corporis nimiaque irritabilitate neruorum, vnde id existat, quod proprie debilitatis neruosae et spasmorum nomine veniat: morbi inter se quidem conuenientes, sed pro diuersitate vehementiae, caussarum concurrentium, diuersoque charactere differentes. Quibus diuersitatibus licet varia omnino remediorum genera opponi et soleant et debeant, ad perfectam tamen curationem opus p. 39.

*) Prior prodiit 1781.

opus esse remedio, vim physicam totius corporis augente, auctoque fibrae cuiusuis robore sanguinis circulum intendente simulque orgasmum eius sedante; vnicuique comparabili, cuiuia aetati et constitutioni adaptato; nec pharmaceutico, sed consuetudine demum quotidiana poscente adhibendo: remotis, quantum fieri possit, omnibus caussis genesi debilitatis istius fauentibus.

p. 45. *De vtilitate balnei frigidi, tamquam vnici hoc respectu remedii.* Ex omnibus roborantium classibus ea tantum adhibenda, quae fibram laxam constringant: duplici autem eadem vitio laborare, quod primarium effectum in primis tantum viis (?) cumque saepe noxium exserant, nimisque debilitata ad secundas demum perueniant; et quod calorem internum, inflammationem adeo, producant. His incommodis balneum frigidum carere. Eius iuncto regimine seueriore vsus in infantibus in adultis, potissimum litteris deditis; in feminis; in senibus, irrito timore rigiditatis inde profecturae; omnia testimoniis auctorum exemplisque maiorum confirmata: desuetudinem, in quam sensim abierit, vna cum neglectu reliquarum regularum diaeteticarum gentes pedetentim eneruasse. Regulae quaedam in eius vsu obseruandae.

p. 77. Sect. II. *Balneorum frigidorum historia antiquior*: fabulas de Medea et Achille forte ex solo horum balneorum effectu fluxisse (Bethesdae efficacitatem tamen huc non absolute referremus *)). Hodiernus eorum vsus a priscis temporiqus superstes in Scotia, Asia, America.

p. 110. *Recentior eorum historia.* Mollitiem ipsaque medicorum dogmata iisdem abrogandis inseruiisse. Dignitas eorum restituta primum in Anglia per FLOYERVM, postea in Germania per FRID. HOFMANNVM HAHNIOSque, nostrisque temporibus inprimis per TISSO-

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXVIII. p. 619.

TISSOTVM et VNZERVM. Balneorum in Sequana ope nauium coniunctarum inuentio: horum imitatio in Rheno, et suasu Cl. Auctoris in Danubio (Dresdae aliisque Germaniae locis similia existere notum est). Vberior eorum descriptio: ratis in situ cursui fluminis opposito vel catenis ad ripam vel annulis ad palos fundo fluuii infixos firmatur; huic imposita duplici serie conclauia, libera in medio via relicta, quae mediante ponte cum ripa cohaeret; ex hac via introitus in singulum conclaue patet; in quolibet conclaui apertura est, per quam ope scalae in spatiosam cistam fundo conclauis iunctam descenditur, pro lubitu plus minus profunde in aquam demittendam, omnique vesperi remouendam, quo a limo repurgari queat; haec cista parietibus ex cancellis ligneis et fundo firmo, sed foraminibus pertuso, constat, exterius circulis vinculisque ferreis munita; totum aedificium leuissimum sit, parietibus simplicibus, tecto tantum ex linteo forti extenso; si tamen moles iusto maior nimium mergi videatur, nauigia lata anterius et posterius alliganda vectibusque ab vno ad alterum pertingentibus ratis eleuanda. Simili modo etiam cistam maiorem adaptandam iussit Cl. Auctor, in qua non tantum plures simul balneo vti, sed etiam natare et in aquam se praecipitare possint: verum cista haec ob nimiam molem non nisi in ipsa aqua haerens repurgari potest.

Variae methodi balneo frigido vtendi. 1. *Balnea localia.* 2. *Balneum vulgare frigidum.* Pedes aqua frigida lauandos, priusquam eam ingrediamur; sic etiam reliquas successiue partes. Praeiudicium vero esse, lotionem capitis balneo praemitti oportere; contractionem cutis enim tantam non existere, vt partium internarum calor inde mutetur; sanguinem in vasis calore rarefactum spatio contracto nihil pati, sed commode in vasa profundius sita transire, circulatione p. 144.

non

non turbata; ſin autem, quod tamen non ita ſit, vere ex partibus aqua frigida contactis ſanguis rediret, inde maius periculum metuendum eſſe, quum, denegato impulſu in carotidem externam, maiori vi internam, indeque profundiores encephali ſedes, frigori externo inacceſſas, petiturus foret; ſenſum frigoris ab vna parte toti corpori communicatum neruorum conſenſui deberi (ſuperius tamen p. 73. ſollicite caput et facies durante balneo valde humectanda iubentur, ne ſanguis nimio impetu eo ruat). Tempus balnei pro diuerſitate tempeſtatis, conſtitutionis corporum, aetatis, conſuetudinis, determinandum: dimidiam horam plerumque ſufficere. Motus in balneo frictionisque poſt idem neceſſitas; inunctio noxia; motus moderatus poſt balneum vtilis, niſi haemorrhagiae, inflammatio aliaque momenta quietem, imo ſudoris prouocationem poſtulent. 3. *Praecipitatio in aquam capite praeuio et protinus ſubſequens extractio Anglis adeo familiaris*, ſemel iterumque iteranda, vel balneo conſueto praemittenda: cauendum, ne corpus aut nimia abundantia aut penuria ſanguinis laboret; a priori inſultus apoplecticos, repetitis ſanguinis miſſionibus vix cedentes, a poſteriori lipothymias lethales Cl. Auctor vidit. 4. *Irrigatio per delapſum guttarum maiorum vel minorum ab alto*, praecipitatione multo tutior ideoque eidem praeferenda. 5. *Natatio.* Praemiſſa deſcriptio machinarum quarumdam ad ſuſtentandum ſuper aqua corpus, quas recentiores *Scaphandros* dixere, verſio inſtitutionis huius artis *) inſeritur.

p. 197. Sect. III. *Balneorum frigidorum vſus in morbis ſingularibus*, quatuor ſubdiuiſionibus comprehenſus, quarum prima morbos externos, ſecunda internos, tertia debilitatem vniuerſalem vel particularem abs-
que

*) Methode ſure pour apprendre à noyer en peu de jours. Par NIC. ROYER. Paris 1783. 16.

que reſpectu irritabilitatis, quarta morbos neruorum
complectitur, ordine tamen non ſemper adeo con-
cinno ſeruato. Quum hic plus poſitum ſit in obſer-
vationibus quam ratiociniis, plerumque teſtimoniis
aliorum vtitur Cl. Auctor, interdum ipſis eorum nar-
rationibus prolixioribus inſertis. Quae ipſi, ex-
ceptis ratiociniis theoreticis, propria nobis viſa ſunt,
hic paucis adducamus. Balneum frigidum inſultus
colicos leuaſſe aliquoties perſpexit: probe tamen mo-
net, eius vſum nonniſi prorſus depuratis primis viis
ſuadendum eſſe, ec caſu excepto, vbi ſpaſmus excre-
menta retineat. Simili cautione opus eſt in diar- p. 275.
rhoeis; quae ſi a mera laxitate proficiſcantur, nihil
praeſtantius hoc remedio in aegris cuiusuis aetatis,
potiſſimum ſenſibilioribus, rheumatiſmo obnoxiis.
Iuuenis, cuius pater phthiſi obierat, poſt diu duran- p. 254.
tem tuſſiculam ſiccam, eamque neglectam ſanguinem
reiecit, aqua tamen frigidiſſima pro potu et extus ad-
hibita, moderatoque vini vſu, quum ſolida debilia et
irritabilia eſſent, metum mortis effugit. Virtus ro- p. 294.
borans balnei frigidi a duabus cauſſis: frigore et gra-
vitate ſeu preſſione in corpus. Grauedo chronica, p. 304.
aqua frigida in balneis et per nares attracta curata.
In haemoptyſi periodica a pectoris nimia agitatione
in vtroque ſexu, in angina catarrhali, nullum reme-
dium aqua frigida praeſtantius Cl. Auctor expertus
eſt. Multos inde reſtitutos vidit phthiſi iam tuber- p. 310.
cula minante laborantes. Paralyſin vniuerſalem poſt p. 312.
praegreſſum rheumatiſmum ab itineribus frigore in-
tenſiſſimo ſuſceptis, quae per biennium durauerat,
triginta balnea in Danubio plane ſuſtulerunt. Duo p. 318.
exempla efficacitatis balneorum frigidorum in ſcor-
buto (adhibito ſimul acido vitriolico in aqua frigida
pro potu aſſumta). In iis ſpeciebus hydropis, vbi p. 320.
diſpoſitio ad pinguedinem adeſt, ſaepius ea excitata
diarrhoea ſeroſa proficua. Morbi conuulſiui in puel- p. 321.
la octodecim annorum eodem remedio ſublati.

Cautelae: attendendum, ne corpus ſudans in balneum frigidum immittatur; ne ſolida nimis rigida ſint; ne nimia ſuccuſſio corporis, quam febrem artificialem dixit HVXHAMVS, noceat; ne calor, antea iam imminutus, penitus ſufflaminetur; ne corpus nimis diu in aqua moretur.

XXVII.

Memoria IOANNIS GOTTLIEB GLEDITSCHII *).

Fuit GLEDITSCHIVS d. V. Febr. CIϽIϽCCXIV. natus patre IO. CASPARO, qui ob religionem e Bohemia profugus puer adhuc Lipſiam venit, ibique muſicen fecit. Inter nouem fratres ſororesque natu maximus literis excolendis a patre deſtinatus et quaſi dicatus CIϽIϽCCXXIX. Lipſiae inter academicos ciues recipiebatur, et cum naturae perſcrutandae amore inprimis deliniretur, medicinae ſtudium amplectebatur. Quod vt rite colere poſſet, philoſophiae et matheſi addiſcendae operam haud mediocrem nauauit, ita, vt, exacto iam primo academicae vitae anno, ab ampliſſimo philoſophorum ordine doctoris philoſophiae titulo ac honore ornari iure meritoque poſſet. Eodem diſcendi ardore, ſub auſpiciis ETTMÜLLERI, SCHACHERI, WALTHERI, PLATZII, IO. ZACH. PLATNERI, HEBENSTREITIIque, amplum medici ſtudii campum peragrauit. Inter omnes tamen eius partes nulla tantam ipſi creauit voluptatem, quam botanica, ad cuius praecipuam culturam a magno tunc temporis botanico, IO. ERN. HEBENSTREITIO excitabatur. Quibus praeceptoris ſui adhortationibus obtemperauit, ita, vt nec aliis medici-

nae

*) Excerpta ex libro: Beyträge zur Biographie des verſtorbenen Hofr. u. Prof. IOH. GOTTL. GLEDITSCH'S von C. L. WILDENOW u. P. USTERI. Zürich. 790. 8.

nae doctrinis plane deesset, inprimisque eas, quae ad felix artis salutaris exercitium necessariae sunt, omni animi alacritate pertractaret. Specimen huius arti suae dicatae diligentiae obtulit reipublicae literariae, cum dissertationem *de potus Coffeae abusu, catalogum morborum augente* *) conscriberet, masculeque contra dissentientes defenderet. Lipsia paulo post Annabergam abiit, ibique artem fecit, quam et, in patriam vrbem haud multo post iterum redux, in publico ergastulo exercendi occasionem obtinuit. Post C. E. HEBENSTREITII, qui horto Bosiano praefuit, in Africam discessum, vt ibi, Augusto II. Poloniae rege ita iubente, plantas, omninoque rerum naturalium, quae ibi terrarum inueniuntur, thesaurum colligeret, GLEDITSCHIVS in huius prouinciam successit, illumque hortum, vti et academicum plantis et exteris, et inprimis indigenis locupletare omni modo studuit. Quam ob rem per Thuringiam, Saxoniam, Hercyniamque excursiones botanicas instituit, vt plantas ibi sponte crescentes cognosceret, hortisque, quos nominauimus, inferre posset. In hisce itineribus accidit, vt, cum *adianthum europaeum* L. in rupe aliqua Thuringiae animaduerteret, eius obtinendi feruore abreptus infelici casu de praecipitio delaberetur, et osse sterni fracto per totam vitam respirandi difficultate premeretur.

Vt vero et anatomiam et chirurgiam melius, quam tunc Lipsiae poterat, excolendi opportunitatem nancisceretur, Berolinum adiit, institutioni BVDDEI, SCHAARSCHMIDII, SENFII et NEVMANNI sese traditurus. Inter haecce tamen studia neutiquam botanice, quam inter delicias semper habuit, negligebatur, sed et ibi per Marchiae, Pomeraniae, quid? quod Poloniae etiam et Borussiae occidentalis regiones, planta-

*) Nisi haec dissertatio potius a PLAZIO conscripta fuerit.

plantarum colligendarum cauſa, peregrinabatur. Tunc Temporis Reuerendo REIMBECKIO innotuit, qui eum *Friderico Guilielmo I.* regi commendauerat, a quo ad Generoſiſſ. de *Ziethen*, centurionem turmae equeſtris, deducebatur, qui, cum botanices amore valde flagraret, horti botanici in ſuis terris Trebnitzii aperti et diligenter culti curam GLEDITSCHIO commiſit. Ibi otium literarium non ad componendum ſolum catalogum plantarum, quas hortus ille alebat, ſed etiam ad augendam ſuam cognitionem rei nemoralis et cameralis, quae dicitur, ſcientiae, cuius vtriusque ZIETHENIVS haud vulgarem ſibi comparauerat notitiam, adhibuit.

Tunc temporis LINNAEVS nomini ſuo famam conciliauerat condito et in publicum euulgato nouo plantarum ſyſtemate, quod a multis, vti omnia noua ſolent, impugnatum qualibuscunque argumentis, a SIEGESBECKIO, qui Petropoli profeſſoris ſpartam gerebat, omnium riſui propinatum, a GLEDITSCHIO vero modeſte et ſerio defendebatur. Ex illo otio literario rex FRIDERICVS GVILIELMVS I. Gleditſchium euocauit CIↃIↃCCCXL, phyſici medici munere per circulum Lebuſanum in ipſum translato. Quod munus vtrite obire poſſet, anno CIↃIↃCCXLII. Francofurdum ad Viadrum adiit, ſummos in medicina honores ambiturus. Profeſſores ſtudii medici ibi florentis merita candidati huius, iam tunc magna, agnouerunt, ipſumque inter eos, quos regi ad eligendum inde medicinae profeſſorem commendare poterant, eſſe voluerunt. Neque vero Rex eiusque amici iniqui erant Gleditſchianae doctrinae aeſtimatores, ſed hunc meritis clarum virum omnibus reliquis illius profeſſionis candidatis praeferri iubebant. Huic muneri per duo fere annos praefuit, botanicenque, materiam medicam et phyſiologiam docendo omnium laudem meritus eſt.

Tum

Cum vero academia ſcientiarum Berolini inſtitueretur, et vndiquaque viri eruditi magnis ſtipendiis illuc inuitarentur, etiam GLEDITSCHIVS inter eos erat, qui ad hanc academiam conſtituendam fuerant electi. Quam honorificam prouinciam antequam adiret, per ſyluam Thuringicam iter ſuſcepit, cuius occaſione ipſe in notitiam venit ERNESTI AVGVSTI, Ducis Vinarienſis, qui tam Iſenaci commorabatur, et multa cum emolumenta, tum honores liberaliſſime promittendo GLEDITSCHIVM ſuum facere ſtudebat. Redux Berolinum matrimonium cum ANNA THEODORA WALTERIA iniit, e qua ſeptem liberos ſuſcepit, quorum duo natu maiores mature extincti, tres filiae autem cum duobus filiis aduc ſuperſtites patrem fatis ereptum lugent. Primis, quos nunc Berolini tranſegit, annis artem fecit, et praelectiones botanicas materiaeque medicae habuit: anno vero CIↃCCCXLVI. profeſſor botanices in collegio medico-chirurgico conſtitutus inſpectorque horti botanici academiae factus eſt. In ea ipſa tempora incidit honorifica et maxime proficua inuitatio, vt cum annuo ſtipendio bis mille imperialium ruſſicorum Petropolin veniret, ibique botanicen profiteretur. Quam ob rem a rege Friderico II. petiit, vt hanc inuitationem ſequi ipſi liceret. Sed aucto annuo ſtipendio, quo hucuſque fruitus erat, ſignificataque ipſi regis erga eum beniuolentia manere iubebatur.

Nactus nunc maius otium literarium, id impendit ſyſtemati nouo plantarum excogitando exornandoque. Inter varia, in quae meditando incidit, nullum inuenit tironi botanophilo magis arridens, quam id, quod diuerſis, quae ſtamina occupant, locis ab ipſo ſuperſtructum fuit. Neque hic ſubſtitit indefeſſus eius labor, ſed etiam in botanice oeconomica atque illa, quae a ſyluis nomen habet, multorum inuentor

 fuit,

fuit, quae ipſum poſteris iure meritoque de meliori commendabunt. Hinc et factum eſt, vt ii, qui redituum regiorum, e ſyluis percipiendorum curam ſupremam gerebant, anno CIↃIↃCCLXVIII. ipſum ſcientiam ſyluas colendi docere vellent. Quod quidem munus GLEDITSCHIO opportunitatem ſuggeſſit compendium hac ipſa de doctrina elaborandi, cuius volumen primum, regi ſuo inſcriptum, ipſi honores conſiliarii aulici conciliauit, quos tamen ob ſingularem, quae ipſius animo inhaerebat, modeſtiam tunc declinauit.

Anno CIↃIↃCCLXXVIII. in collegium ſanitatis, biennio poſt inter eos recipiebatur, quibus cura pharmacopolii regii demandata eſt, et variis denique academiis ſocietatibusque literariis membrum acceſſit honorarium, v. c. regio-caeſar. Leopoldinae nat. curioſorum, Petropolitanae, Holmienſi, Moguntinae, quae Erfordi eſt, Londinenſi, Sueciae, oeconomicae et Roſſicae, et Lipſienſi, Francofurdenſi, apiariae Luſaticae, ſocietatibusque naturae ſcrutatorum, quae cum Halae Saxonum, tum Berolini florent.

Scripta ab hoc viro elaborata, et maximam quoque partem edita, ſunt haec:

1. *Catalogus plantarum, quae in horto Domini* de Ziethen *Trebnizii coluntur, et in vicinis hortis ſponte naſcuntur.* Lipſ. 736. 8.
2. *Conſideratio epicriſeos Siegesbeckianae in Linnaei ſyſtema plantarum ſexuale et methodum botanicam huic ſuperſtructam.* Berol. 740. 8.
3. Diſſ. inaug. *de methodo botanica, dubio et fallaci virtutum in plantis iudice.* Francof. ad Viadr. 742. 4.
4. *Lucubratiuncula de fuco ſubgloboſo, ſeſſili et molli in marchia elector. Viadrina et eius viciniis reperiundo.* Berol. 743. 4.
5. *Fungorum ſyſtema, exhibens genera, ſpecies et varietates c. charactere, differentia ſpecifica, ſynonymis, ſolo, loco, et obſeruationibus.* Berol. 753. 8.

6. Ab-

6. Abhandlung von den Zugheuſchrecken, welche ſeit 1750. abwechſelnd in die Mark Brandenburg eingefallen ſind; und von den eigentlichen Hülfsmitteln zu ihrer Vertilgung, die ſich auf richtige Erfahrungen und eine naturgemaeſse Erkenntniſs gründen. Berlin. 754. 8.
7. *Syſtema plantarum a ſtaminum ſitu, ſecundum claſſes, ordines et genera cum characteribus eſſentialibus.* Berol. 764. 8.
8. Vermiſchte phyſikaliſch - botaniſch - oekonomiſche Abhandlungen. Th. I. mit Kupf. Halle 765. Th. II. 766. Th. III. 767. 8.
9. Anleitung zu einer vernunftmaeſsigen Erkenntniſs der rohen Arzneymittel. Budiſſin. 768. 8.
10. Vermiſchte Bemerkungen aus der Arzneywiſſenſchaft, Kraeuterlehre und Oekonomie. Leipz. Th. I. mit Kupf. 768. 8.
11. Betrachtung über die Beſchaffenheit des Bienenſtandes in der Mark Brandenburg, nebſt einem Verzeichniſſe von Gewaechſen, aus welchen die Bienen ihren Stoff zum Honig und Wachſe einſammeln. Riga u. Mitau. 769. 8.
12. Alphabetiſches Verzeichniſs der gewoehnlichſten Arzneygewaechſe, ihrer Theile, und rohen Producte, welche in den groeſsten deutſchen Apotheken gefunden werden. Berlin. 769. 8.
13. Pflanzenverzeichniſs zum Nutzen u. Vergnügen der Luſt- und Baumgaertner, und aller Liebhaber von fremden und einheimiſchen Baeumen, Straeuchern und Staudengewaechſen etc. Berlin 773. 8.
14. Syſtematiſche Einleitung in die neuere, aus ihren eigenthümlichen phyſikaliſch - oekonomiſchen Gründen hergeleitete Forſtwiſſenſchaft. B. I. Berlin 774. B. II. 775. 8.
15. Vollſtaendige theoretiſch - practiſche Geſchichte aller in der Arzney, Haushaltung, und ihren ver-

schiedenen Nahrungszweigen nützlich befundenen Pflanzen nach historisch-philosoph. Gründen. B. I. Berl. 777. 8.

16. Einleitung in die Wissenschaft der rohen einfachen Arzneymittel nach physikalisch-chymischen u. medicinisch-praktischen Gründen. Th. I. 778. Th. II. Abschn. 1. 779. Absch. 2. 781. Berlin 8.

17. Physikalisch-oeconomische Betrachtung über den Heideboden in der Mark Brandenburg, dessen Erzeugung etc. nebst einigen darauf gegründeten Gedanken, einen dergleichen Flugsand durch Wiederherstellung seiner natürlichen Erd- und Rasendecke feste oder stehend zu machen. Berlin 782. 8.

18. Abhandlungen über eine seltene Art des Knochenbruchs beym Rindvieh, und über das norwegische Beinbruchgras. Herausgegeben von D. KARL ABR. GERHARD. Berlin 787. 8.

19. Vier hinterlassene Abhandlungen, das practische Forstwesen betreffend, nebst einer Kupfertafel. Herausgegeben von D. K. A. GERHARD. Berlin 788. 8.

20. *Botanica medica*, oder die Lehre von den vorzüglich würksamen einheimischen Arzneygewaechsen, zu öffentlichen Vorlesungen für angehende Aerzte bestimmt. — herausgegeben von D. FR. WILH. ANT. LÜDERS. Th. I. Berlin 788. Th. II. 789. 8.

21. Vermischte botanische Abhandlungen. Herausgegeben v. D. K. A. GERHARD. B. I–III. Berlin 789.

Hic tantus vir cum indefessus in obeundis munerum suorum officiis semper esset, nec valetudo paululum concussa potuit eum impedire, quo minus in Tegelae regionem amoenissimam, plantarumque feracissimam iter susciperet, quo quotannis auditorum suorum

ſuorum commodis proſpicere ſolebat. Putabat quidem valetudinem hac excurſione in integrum reſtitutumiri: ſed aliter erat in fatis. Etenim admodum humida tempeſtas ingruebat, et praegreſſam corporis exaeſtuationem excipiebat vehemens refrigerium, quo tuſſis ferina, cum validis ſpaſmis iuncta, excitabatur, et per octo ſeptimanas continuata vitam huius viri extinxit d. V. Octobr. CIƆIƆCCLXX.

XXVIII.

Noua literaria.

Academiae et ſocietates eruditae.

Societas Iablonowskiana ſcientiarum Lipſienſis, praemio publice ornatis iis diſſertationibus, quae optime Viris hac de re iudicantibus ſatisfecere, argumenta repetiit, quorum diſquiſitionem vt viri eruditi hoc ipſo, quo viuimus, anno ingrederentur, quondam optauit. Erant vero haec: 1) *quo tempore et per quas viciſſitudines Wallachia a Polonia pendere coepit et quibus cauſis ruina huius nexus accelerata eſt?*

2) Analyſis recentior, cum Trigonometria plana et ſphaerica coniuncta, poteſtne illa ſupplere defectum *Geometriae* et *Calculi ſitus*, quales adumbrauit quidem leuiter Leibnitius, quae tamen adhuc numerantur in deſideratis? Quam late patent fines iſtius Geometriae et Calculi? Danturne fortaſſis hiatus in *Geometria Magnitudinum*, qui nullo modo, niſi adhibendis propoſitionibus ex geometria ſitus petitis, expleri poſſunt? Applicatio trigonometriae analyticae ad potiora principia et problemata, cum geometria et calculo ſitus intime coniuncta.

3) *Grauitates* et *Elaſticitates ſpecificas* fluidorum aëriformium omnis generis accurate determinare. *Inſtrumenta* ad hunc vſum idonea, et quae ſimul *variationem voluminis* indicent, excogitare, et vnde ea contingat,

tingat, ostendere, quae alii iam repererint huc facientia physici docti et accurati recensere, et cum nouiter repertis comparare.

Anno CIↃIↃCCXCII. hae quaestiones dicatae sunt: 1. *critica disquisitio historiae Ducis Poloniae* PIASTI, *et trium illorum, qui hunc proxime exceperunt, principum.* 2. Quaeritur accuratior determinatio *Expansionis* et *Propagationis soni* per *aërem*, aliaque elastica, cum *fluida*, tum vero etiam *solida corpora*. Num leges reflexionis soni cum aliorum corporum elasticorum legibus reflexionis *conueniunt*, et, si diuersae reperiantur, *quomodo* illlae in *Echus* v. c. phaenomenis *differunt?* 3. Quos arboribus iunxit primus *conductores auehendo frigori* (Frostableiter) (*aduehendo calori*, Waermzuleiter, dicere debebat,) BIENENBERGIVS, de his vlteriorem expectat Societas disquisitionem, *qui conductores* potissimum adhibendi, *quomodo* arboribus, vel *singulis seorsim* vel *pluribus coniunctim*, iungendi; et *quae* inprimis *momenta* respici debeant, vt euentus inde certissimus et exoptatissimus expectari possit. Attentio paulo accuratior adhibita, optimam praebebit phaenomenorum, per *caussas physico-chemicas* explicandorum, occasionem. Ad tres priores quaestiones lingua latina ante exitum huius, ad reliquas autem ante finem insequentis anni responderi debet. Praemium optimae de harum quaestionum qualibet elaboratae dissertationi, ad Excell. ERNESTIVM *seniorem*, qui nunc societati a literis est, transmittendae, moneta aurea erit, quae XXIV. numos aureos Hollandicos aequat.

Academia regia scient. *Gottingensis* nuper de dissertationibus iudicauit, quae ipsi de quaestionibus, publice ad discutiendum propositis, erant transmissae *). Et primam quidem de *promouenda vegetatione per aëris quamlibet artefactam speciem* etc. vnus tantum

*) Conf. Comment. nostr. vol. XXXII. p. 175 sequ.

tantum excuſſit ſcriptor, et ita quidem, vt variis de cauſis mota ſocietas praemio dignum eius commentariolum decernere haud poſſet. In altero argumento de *temporibus, rationeque, qua princeps pecuniam, e terris, quae ipſius ditioni ſubſunt, cum vſuris leuioribus mutuo ſumendam, terrarum incultarum culturae etc. impendere poſſit,* duo deſudarunt viri eruditi, quorum commentationes vero nec ita comparatae erant, vt omnium calculos ferre poſſent. Quare illuſtri academiae ſuperiori anno haud contigit eſſe tam felici, vt praemium vlli inter viros eruditos poſſet decernere. Argumenta illa, quorum accuratam excuſſionem viris doctis hoc ipſo anno commendauit, nos quoque loco ſupra laudato iam adduximus, quem certaminis cupidi conſulere poterunt.

Societas regia agriculturae *Pariſienſis* anno CIƆIƆCCLXXXIX exeunte in publico, quem celebrauit, conſeſſu varias quaeſtiones ſoluendas viris oeconomiae peritis propoſuit, praemiisque promiſſis eorum ſtudia excitauit. Nos cum harum quaeſtionum notitiam paulo tardius acquiſiuerimus, eas ſilentio praeteribimus, illo tantum, quod inſecuturo anno reſtat reportandum, praemio commemorato. Et Calendis quidem Aprilibus *ille, qui in Francogallia plurimas goſſypii frutices, quorum numerus tamen millenarium excedere debet, coluerit, indeque collecti goſſypii ſpecimina ad academiam tranſmiſerit,* moneta aurea, CCC libras gallicas aequante, ornabitur. Quam pecuniam academiae in hunc finem donauit Dux de CHAROST. Ad BROVSSONETVM, qui ſocietati perpetuo a literis eſt, illi, quibus de hoc praemio certare animus eſt, ſua et teſtimonia, et goſſypii ſpecimina vt tranſmittant, rogantur.

Societas regia ſcientiarum et artium in promontorio Franciſci has pro anno CIƆIƆCCXCII. publice propoſuit: I. Adferantur *obſeruationes de variis Africae natio-*

nationibus, imperii, quo reguntur, forma, earum moribus, consuetudinibus, inter ipsas obtinentibus, coelo, sub quo degunt, viuendi ratione, qua vtuntur, morbis et regimine, ipsis maxime tunc conueniente, cum in colonias Francogallicas deducuntur, et de laborum denique speciebus, ad quos perficiendos quaelibet earum maxime idonea est. 2. *Causae et remotiores et proximae, natura et cura febris ardentis malignae, in India occidentali occurrentis, exponantur.* Optat societas, vt auctores dissertationum de praemio proposito concertaturi finiant, quaenam optima sit huius morbi denominatio, quaenamue intercedat differentia inter malum Siamense, febrem flauam, febrem ardentem malignam et febrem malignam essentialem; vt expositis causis, hunc morbum producentibus, et hominum classe significata, quae illi maxime obnoxia esse soleat, cautiones quoque in medium proferantur, quarum ope morbus euitari queat; vt denique doceatur, an illa febris inter contagiosas numeranda sit, nec ne. 3. *Quanam ratione agent cantharides; quinam earum effectus sint in humores, partes solidas inprimisque neruos; quibusnam morbis, praecipue febrium speciebus, ipsarum, applicatio vtilitatem promittat; quibusnam symptomatibus indicentur; quaenam signa boni maliue euentus e vesicantibus repeti queant; denturne febres, in quibus vesicantium vsus vtilis, aliaeue, in quibus idem perniciosus sit,* societas doceri cupit. Quae quidem quaestio, in se iam grauissima, hoc ipso tempore magis adhuc medicorum animaduersione digna esse videtur, quo vesicatoriorum applicatio in consuetudinem quandam abiit, cuius imperio cedere medicum saepe oportet, et quo certius, quotusquisque artem optime callet, persuasus est, multos hoc ipso remedio abuti. Praemium cuilibet, optime hasce quaestiones exposituro, offertur moneta aurea eiusdem formae, qua solent cudi numi academiae solemnes (*jettons*). Commentationes

nes mittantur ad Exc. ARTHAVDIVM, qui ſocietati a literis eſt.

Academia ſcientiarum, elegantiorum literarum et artium Lugdunenſis praemium, a CHRISTINO in artium emolumentum fundatum, cum anno CIↃIↃCCLXXXIX diſtribuere ob diſputationis, hoc publico adſenſus academici teſtimonio dignae, penuriam haud poſſet, idem argumentum pro anno CIↃIↃCCXCII. repetere conſtituit. Erat vero hoc: *inuenire viam ac rationem coria ita parandi, vt ab aqua penetrari quidem nequeant, neque robur eorum tamen, flexibilitasque imminuatur, neque pretium nimis augeatur.* Ii, qui propoſiti praemii obtinendi cupiditate flagrant, indicare in vniuerſum diuerſas pellium et coriorum praeparationes, vt effectus inde pendentes, meritaque cuiuslibet praeparandi methodi ponderari eo melius poſſint; dein luculenter deſcribere debent viam ac rationem, qua fixum ab illuſtri academia ſcopum attingi poſſe ex allatis ſimul coriorum ſpeciminibus pateat. Praecipit porro illuſtris academia, vt vitentur prolixae deſcriptiones methodorum notarum pelles praeparandi atque ſubigendi; vt ne quodlibet oleum pinguedoue, quamuis foetida, et cum tactui, tum odoratui ingrata, aut quae corii robur imminuat, adhibeatur, etiamſi corium hoc ipſo oleo adhibito ab aqua penetrari nequeat; vt ne in vſum vocentur talia olea, quae cera aut calcibus metallicis admixtis ſpiſſiora reddita ſunt, niſi caloris aut naturalis aut arte facti vim ferant, cui calcei caligaeque exponi ſoleat; vt denique abſtineatur et ab omnibus ſalinis ſolutionibus, quae in coriis ſiccatis intra coriorum poros cryſtallorum formam induere, humiditati vero expoſitis iterum deliqueſcere poſſunt, et ab vernicibus, corii ſuperficiem tantum obtegentibus et ſenſim in ſquamas ſecedentibus, aut alterno ſolis et aquae influxu mutatis. Praemium DC librarum gallicarum diſtri-

diſſertationes, quae ſub ſolitis conditionibus ante Calend. Apriles eiusdem anni ad Cl. DE LA TOURRETTE, qui academiae a literis eſt, tranſmiſſae ſunt.

Academia imperialis naturae curioſorum praemium aureum, quod ipſi ex legato Cotheniano ad diſtribuendum conceſſum eſt, cum vni diſſertationi, quae ad ipſam tranſmiſſa fuit, concedi haud poſſet d. V. Ian. anni praeteriti, idem illud argumentum iterum ad diſcutiendum proponit, tempore, quo diſſertationes ad certamen admitti poſſunt, ad Calendas Octobres huius, quo viuimus, anni prorogato. Ex programmate hac de re ad nos miſſo ſequentia liceat excerpere. „Notiſſimus, inter medicos, priſtini, et „noſtri, temporis, eſt terminus *primarum viarum*, at„que *in iis* quoque *plurium morborum fons*, et *origo*, „ponitur. Interim plures medici *earum vitia* nimis „ſupponere, plures minus attendere videntur. Inter„eſt itaque omnino medicinae, et generis humani ſa„luti, vt

„*vera notio et cura, morborum primarum viarum*,

„magis euoluatur, et determinetur. Quaeritur ergo:

„*I. Quaenam ſint, proprie, primae viae? et quid ſub „hoc nomine, recte intelligatur?*

„*II. Quinam ſint, proprie, morbi, ex vitiis primarum „viarum, nec aliis organis, oriundi? adeoque idio„pathici?*

„*III. An, et quinam, ſint earum morbi deuteropathici, „aut ſymptomatici?*

„*IV. Quales ſint hi morbi, qualia pathemata, quale eo„rum ſchema? in ſtatu vario, acuto, et febrili, et „chronico? ac quomodo recte diſtribui, et claſſificari „queant?*

„*V. Quaenam, qualiaque ſint ſigna morborum, e primis „viis, earumque vario ſtatu oriundorum? diagnoſti„ſtica, et prognoſtica?*

„*VI. Quales ſint dictorum morborum cauſſae?* ſponta-

neae,

„neae, procatarcticae, et formales? *et qualis ſit,*
„*proprie, ea cauſſa, quae modo hoc, modo illud prae-*
„*cipuum ſymptoma producit?* qua occaſione breui-
„bus inquiratur, *vtrum conſenſus primarum viarum*
„*cum aliis organis, magis a ſyſtemate vaſorum, ſan-*
„*guiferorum, aut lymphaticorum, an magis a diſtri-*
„*butione,* et affectione, *neruorum pendeat?*

„*VII. Qualis ſit therapia, ſaltem generalis, morborum*
„*primarum viarum? atque praeſertim eius morbi*
„*ſpeciei, quae nunc proſtat? qualesque cautelae ſint*
„*obſeruandae?*

Addimus autem nunc his propoſitis, velint beneuoli, doctique commentatores, eo praecipue reſpicere, vt determinent, quales praeſertim ſint *morbi,* dicti *gaſtrici,* qui cauſſam in *primis viis* agnoſcunt, et qualis eſſe debeat, ac poſſit *methodus therapeutica gaſtrica,* in iis morbis, qui, pro ſymptomatum ratione, *aliud,* et varium, et cuicunque ſpeciei proprium morbi *ſchema* prae ſe ferunt, quanquam in ipſo morbi progreſſu, nonnulla, ſaepe manifeſtentur, quae, primarum viarum habendam eſſe rationem, moneant; ſimul autem conſiderationem expoſcant, *non vnam, nec perpetuam eandem,* eſſe *indicationem,* qua morbis primarum viarum, et ſymptomatibus, inde pendentibus, et interdum vrgentibus, debito loco, et tempore, ſuccurrrendum ſit! ita, vt neque minus, neque nimis, quidquam fiat, nec quoque, dum vnum agitur, alterum omittatur: quorum omnium rationem habendam eſſe, in praecedenti numero VII. ſub voce *cautelae,* intelligi voluimus.

„Omnes itaque medici eruditi, quocunque de-
„mum loco commorentur, humaniſſime inuitantur,
„et rogantur, velint ſuper propoſitis quaeſtionibus
„meditari; et ii, quibus volupe eſt, de praemio cer-
„tare, *exarent diſſertationem quandam,* idiomate lati-
„no, gallico, vel germanico, (*latinum vero magis arri-*

„*debit*)

„*debit*) conceptam, et literis perſpicuis ſcriptam, in „qua ad dictas quaeſtiones reſpondeatur. Auctori „ſcripti illius, quod, ſecundum vota iudicum decre„torum, aſſenſum maxime meretur, aut, quod rei „propoſitae magis appropriatum eſſe videtur, *nummus* „*aureus*, tribuetur. De praemio certantes au„tem rogantur, vt elaborationes ſuas *ante Calendas* „*Octobres*, anni MDCCLXXXXI. ad Academiae Im„per. Natur. Curioſor. Praeſidem, Erlangam, ſolutis „transmiſſionis ſumtibus, mittant, aut ad vnum, vel „alterum, ex Academiae Adiunctis, prout ipſis magis „commodum videbitur. Nomen ſuum quisque haud„quaquam ſubſcribat, ſed adiungat ſaltem, ſub finem, „ſymbolum aliquod, quod idem inſcribat chartae, „ſigillo clauſae, quae verum auctoris nomen, atque „characterem, cum commorationis loco notato, con„tineat, prouti mos talis etiam apud alias ſcientiarum „academias obſeruatur."

Notent vero, rogamus, viri eruditi, qui in dilucidatione quaeſtionum propoſitarum laborabunt, *academiam non exſpectare integrum*, aut *ſpiſſum, librum*, qui longum temporis ſpatium, ad perlegendum illum, expoſcat; ſed amare illam ſcripta, quae *concinna, ſolidaque breuitate*, et ſuccincta reſponſione ad quaeſita, placeant. Nolint itaque nimis amplo, et taedioſo, ſermone, recte iam, in ſimili materia, vituperato, vti, vel auctores citare, qui forte idem argumentum tractarunt, ſed exhibeant propria, nec analogiae medicae, et principiis medicinae, contraria, theoriae, potius, et experientiae, conformia *ſua* cogitata, et quaeſtionibus reſpondentia.

Vt autem iis viris eruditis, qui iamiam forte labori manus admouerunt, et tempore ſaltem praepediti erant, ac iis, qui, nouo hoc ſchediaſmate, ad ſuſcipiendum laborem ſeſe excitari ſinunt, aut ad finiendum, aut condendum, laborem, temporis ſpatium conce-

concedatur, *extendimus terminum transmittendarum elaborationum vsque ad I. Octobris, a.* CIↃIↃCCLXXXI: vt, post illud tempus, a iudicibus designatis, scripta exhibita perlegi, ac debite diiudicari queant, et illius tractationis, quae maxime rebus quaesitis appropriata esse reperitur, autori *nummus* ille *aureus, qui* nitide exsculptus, et eleganter excusus, interea in fisco academiae depositus est, ac *XX. ducatorum pretium* ex asse complet, d. V. Ianuarii, anni MDCCLXXXII. decerni, atque in laborum, et honoris praemium exhiberi, et ipsum scriptum, suo tempore, cum publico communicari possit.

II. *Honores.*

Celeberrimus PALLAS in locum summi FRANKLINI successit, quem olim regia academia scientiarum Parisina socium inter peregrinos elegerat.

Societas naturae scrutatorum Tigurensis Excellent. BATSCHIVM, Professorem Ienensem, inter membra extraordinaria recepit sua.

Societas oeconomica Petropolitana in consessu, d. IX. Nou. anni superioris sub praesidio Comitis Illustrissimi Anhaltini habito, dissertationem ARNOLTI, qui olim professionem oeconomicam in academia Vindobonensi tuitus est, *de confectione lapidum in sclopetis vsitatorum* scriptam praemio publice promisso XXV. aureorum Hollandicorum dignam pronuntiauit.

Societas botanophilorum, quae Ratisbonae nuper instituta est, superiori anno inter membra honoraria adsciuit

Experientissimum SCHREBERVM, Marcgrafio Anspaco-Bayreuth. a cons. aul. hist. natural. atque botanices profess. publ. ordinar. Erlangens.

Experient. A. W. ROTH, medicum Vogesaccensem et physicum per ducatum Bremensem;

Illustriss. a TOERRING, S. S. I. R. comitem Grone-

feldenſem, capitularem Ratisbonenſem, et conſiſtorii adſeſſorem;

Exper. SCHAEFFERVM, Principi de Thurn et Taxis a conſiliis aulae et ſanitatis cura;

Illuſtriſſ. Comitem a WESTERHOLT, ord. Malthenſ. equitem, Electori Sereniſſ. Colonienſi inter cubicularios etc.

Excellent. KAYSERVM, Princ. de Thurn et Taxis a conſiliis aulae et bibliothecarium.

Inter ſocios academiae reg. caeſar. naturae curioſorum recepti ſunt

A. W. ROTH, phyſicus per duc. Brem. auctor *Florae Germanicae*, aliorumque ad botanicen ſpectantium ſcriptorum;

ECKNER, phyſicus medicus Rudolſtadienſis;

NICOLAI, ibidem medicus aulicus.

Societas Electoralis oeconomica, quae Lipſiae floret, numerum membrorum ordinariorum auxit

Generoſiſſimo WOLF CHPH. FRIDER. a FELGENHAUER, dynaſt. Böhlano, Seren. Elector. Saxoniae collegii de bellicis rebus adminiſtrandis intimioris praeſide, etc.

Illuſtriſſimo OTT. CAR. ERDMANNO, S. S. R. I. Comite a KOSPOTH, Dynaſt. Mühltrof. et Potentiſſ. Boruſſiae regi inter cubicularios;

Generoſiſſ. CHR. FRID. DAVERKO, Dynaſt. Dörmsdorf. et inter milites Elect. Saxon. capitaneo.

Eadem ſocietas membra honoraria inter conciues noſtros eſſe voluit

Exper. IO. LEONH. FISCHERVM, philoſophiae et medicinae doctorem et profectoris in theatro anatomico Lipſico munere fungentem;

FR. GOTTL. LEONHARDIVM, philoſ. magiſtrum Lipſ.

CHR.

CHR. FR. RÜDIGERVM, eundem Lipſ. philoſ. magiſtrum,

GOTTL. SIEGM. DONNERVM, philoſ. magiſtr. et inſpectionis Miſenenſis Superintendentem;

GE. AVG. FISCHERVM, philoſ. magiſtr. et verbi diuini miniſtrum Schwanebeccenſem prope Belzigium;

HENR. RVD. NEITZSCHIVM, praediorum Elect. Saxon. Oſtrae et Sedlizii inſpectorem,

HENR. GOTTL. NEITZSCHIVM, Dynaſt. Rabenav. et Quaeſturae Rabenav. Elect. praefect.

IOH. ANDR. GABELMANN, pharmacopolam Barbyenſem,

GOTTL. SIGISM. REUTTER, chirurgum ſcholae veterinariae Dreſdenſis,

CHR. SCHKUHRIUM, mechanicum vniuerſitatis Vitebergenſis.

Denique inter exteros honoraria membra elegit hos:

Generoſiſſimum PETR. CHR. DE SCHUMACHER, Regi Dan. cubicularium, et Quaeſturae Nyburgenſis et Trankierenſis praefectum, dynaſtam Oſterholdtenſem et Faaburg.

FR. GEORG. SCHÜTZ, conſulem primum et politiae directorem Luneburgi, Regi Angliae et Electori Hannov. inter adſeſſores colleg. mercaturae curam gerentis, dynaſtam Reutzowienſem.

CHR. CAR. ANDRE, Principi Waldeckenſi a conſiliis, et directorem inſtituti, quod puellis liberaliter educandis Gothae apertum eſt.

IO. DAV. KRAEMERVM, Princ. Darmſtad. concionator. aulic. a conſiliis conſiſtorii, et inſpectorem.

ARNDTIVM, Dynaſt. Ellguth. et Zobeckenſem, Regi Boruſſ. a conſiliis commiſſionum,

DAV. GILLYUM, Regi Boruff. a confiliis fupremis aedificiorum publicis fumtibus exftruendorum.

GUIL. GILLYUM, conductorem camerae reg. Boruſſorum.

XXIX.

Catalogus librorum, qui anno 1789. prodierunt.

HOFFMANN (Dr. GEOR. FR.) *wie können Frauenzimmer frohe Mütter geſunder Kinder werden, und ſelbſt dabei geſund und ſchön bleiben? Frankf. am Mayn.* 8.

HOFFMANNS, *Samml. der auserleſenſten Viſceralarzneimittel für hypochondriſche u. hyſteriſche Kranke, nebſt bewährten Heilungsmitteln für die Augenkrankheiten etc. Augsb.* 8.

HOME'S (EBERH.) *Abhandlung über die Eigenſchaften des Eiters. a. d. Engl. überſ. v.* A. H. M. *Lemgo.* 8.

— *Abhandlung von den Eigenſchaften des Eiters. Eine gekrönte Preisſchrift. a. d. Engl. Quedlinburg.* 8.

HOVE, *Bemerkungen über die Wechſelfieber. Winterthur.* 8.

HOWARDS (IOH.) *praktiſche Bemerkungen über die Geſchichte u. Kur der Luſtſeuche. a. d. Engl. v. Dr.* MICHAELIS *überſ. 2. Theile. m. Kupf. Leipz.* 8.

HUFELANDS, *Bemerkungen über die natürl. u. künſtl. Blattern zu Weimar im J. 1788. Leipzig.* 8.

HUSSEYS (G.) *Unterſuchung über die Urſache u. Heilart der Fieber, a. d. Engl. Mainz.* 8.

JACQUIN (NIC. IOH.) Collectanea ad botanicam, chemiam et hiſtoriam naturalem ſpectantia, cum fig. colorat. Vol. IIdum. Vindobonae. 4.

— Icones plantarum rariorum Vol. IIdi Faſc. IIus et IIIus. ibid. fol.

JAEGERS

JAEGERS (JOH. CHPH.) *vermischte chirurg. praktische Cautelen für angehende Wundärzte, 2ter Theil. Frankf. am Mayn.* 8.

— *Beiträge zur Erläuterung der Entstehungsursachen u. der Heilarten des Gliedschwamms. Ebend.* 8.

— *vermischte chirurgische praktische Cautelen für angehende Praktiker der Wundarzneykunst. 2ter Band. Ebend.* 8.

JANISCH (I. A.) *praktische Bienenpflege für den Landmann im Königr. Böhmen. m. Kupf. Prag.* 8.

JANSEN, de pelagra, morbo in mediolanensi ducatu endemio. Dusseldorpii. 8.

ICONES plantarum indigen. et exotic. ad viu. color. *oder Samml. nach der Natur gemalter Abbild. in- u. ausländ. Pflanzen, welche in der neuesten Murrayischen Ausg. von Linnee's Pflanzensystem beschr. aber nicht abgebildet sind, herausg. von e. Gesellsch. Kräuterkenner, 1ster u. 2ter Jahrg. u. 3ten Jahrg. 1stes u. 2tes Heft mit 140. Platten. 3ten Jahrg. 3tes u. 4tes Heft. mit 60. Platten. Wien.* 8.

JEITTERS (I. M.) *systematisches Handbuch der theoret. u. prakt. Forstwissensch. Tübing.* 8.

INGENHAUSS (*Dr.* JOH.) *Versuche mit Pflanzen, hauptsaechlich über die Eigenschaften, welche sie besitzen etc. a. d. franz. von Dr.* SCHERER. *2ter Band. Wien.* 8.

JOERDENS (JOH. HEINR.) *Kern der Chirurgie. 4tes Bändchen. Hof u. Plauen.* 8.

— *Haußarzt in gefahrvollen u. schmerzhaften Zufällen, nebst einer Anweisung zur Behandlung solcher Krankheiten, die durch unvorsichtige Selbsthülfe gefaehrlich werden können. Ebend* 8.

JOERDENS (*Dr.* PETER GOTTFR.) *von den Eigenschaften eines ächten Geburtshelfers. Leipzig.* 8.

JOURNAL *für die Gärtnerey, welches eigene Abhandl. Ausz. u. Urtheile der neueſten Schriften, ſo vom Gartenweſen handeln, enthält, 16tes Stück. nebſt Reg. zum 4ten Bande. Stuttgard.* 8.

JOURNAL *(bergmänniſches) 1789ſten Jahres, 9tes bis 12tes Stück. m. Kupf. Freib. u. Annaberg.* 8.

IVNCKERI (IOH. CHR. GVIL.) Conſpectus rerum, quae pertractantur in pathologia medicin. laudatis ſimul huius doctrinae auctor. iisque vtplurimum probatiſſ. Pars I. et IIda. Halae. 8.

IVNGS *(Dr.* I. H.) *Lehrbuch der Finanzwiſſenſchaft. Leipzig.* 8.

KAHNS (FR.) *Sammlung gemeinnütziger Recepte, ſo bei den meiſten Fehlern der Pferde nützlich und leicht zu gebrauchen. Mit einem Anhange von Krankh. des Kuhviehes, als ein Hülfsbuch für Landleute. Lübeck.* 8.

KAEMMERER (C. L.) *die Conchylien im Cabinette des Erbprinzen von Schwarzburg-Rudolſtadt, mit illum. Kupf. Leipz.* 8.

— *Buch mit ſchw. Kupf. Ebend.* 8.

KAEPLERS (W. H.) *kleiner Forſt-Catechiſmus für junge Anfaenger im Forſtweſen. Zweite ſtark verm. Aufl. Eiſenach.* 8.

KECKS *(Dr.* IOH. ERDM.) *Abhandlungen u. Betrachtungen aus der prakt. u. gerichtl. Arzneiwiſſenſchaft. 2ter Theil. Berlin.* 8.

KECKS (I. H.) *prakt. oekonom. Nachrichten von der Behandlung, Benutzung, u. dem Gebrauch des Ackerfeldes u. der Fütterung des Viehes, m. Tab. u. Koſtenanſchlag der Maſtung. Wetzlar.* 8.

KERSTINGS (I. A.) *nachgelaſſene Werke über die Pferdearzneiwiſſenſchaft, herausg. u. mit einem Anhange verſehen von* O. SOTHEN, *mit Kupf. Berlin.* 8.

KEVP (I. B.) Libellus pharmaceuticus, compoſita et praeparata praecipua praeparandi modum et encheireſes exhibens. Duisburgi. 8.

KEVP

KEVP (I. B.) *Etwas über die Kenntniß u. Heilung der Wasserscheu, der Folge eines tollen Hundsbisses. Ebend.* 8.

KITZ, Dissert. physico-medica sistens electricit. in medicina vsum et abusum. Memmingae. 8.

KLINGS (I. P.) *vermischte Schriften, meist physikal. u. oekonomischen Inhalts. Manheim u. Leipzig.* 3.

KLINGE (I. H. W.) Comment. chirurgico-medica de vteri procidentia vsuque pessariorum in hoc morbo. cum tab. aen. Edit. sec. Gottingae. 8.

KLÜGELS (G. S.) *Beschreibung der Wirkungen eines heftigen Gewitters, welches am* 12. *Jul.* 1789. *die Stadt Halle betroffen; nebst Bemerkungen über die Entstehung der Gewitter. Halle.* 8.

KLOEKHOFS (CONR. ALB.) *saemmtliche Schriften. Aus d. Lat. übers. und mit einem Versuche eines Beweises, daß die festen Theile des menschlichen Körpers in einem nähern Zusammenhange mit dem menschl. Geiste stehen als die flüßigen, versehen v.* I. C. F. LEUNE, 1*ster Band. Leipzig.* 8.

KOHLHAAS (I. I.) *Anleitung zur Bildung ächter Wundärzte, 4ter Band. praktische Philosophie. Regensburg u. Leipzig.* 8.

KOEPPEN (IOH. FR.) de vniuersa vulnerum et vlcer. medendi ratione. Marburgi. 4.

KORTUM (K. A.) *vertheidigt die Alchimie gegen die Einwürfe neuerer Schriftsteller, besonders des Hrn.* WIEGLEBS. *Duisburg.* 8.

DESSEN (*u.* SCHAFFERS) *medicinisch-prakt. Bibliothek für Aerzte u. Wundärzte,* 1. 2. 3*tes Stück oder* 1*ster Band. Münster.* 8.

KORTUM (D. C. G. T.) Commentarius de vitio scrophuloso, quique inde pendent morbis secundariis cet. Tom. Imus. Lemgouiae. 8.

KRÜNITZ (*D.* IOH. G.) *oekonomisch-technol. Encyklopaedie, oder allgem. System der Staats-Stadt-Hauß-*

u. Landwirthschaft etc. in alphab. Ordnung, 20ster Band. zweite Auflage. Berlin. 8.

DESSELBEN *Buchs*, 43. 44. 45*ster Band. Erste Auflage. Ebend.* 8.

KÜHNS (*Dr.* IOH. GOTTL.) *systematische Beschreibung der Gesundbrunnen u. Baeder Deutschlands. Breslau u. Hirschberg.* 8.

KVLMVS (IOH. ADAM) *anatomische Tabellen, ganz neu umgearbeitet für Lehrlinge der Anatomie, durch Dr.* C. G. KÜHN, *mit neuen Kupfert. Leipz.* 4.

KUNST *des Bleiarbeiters bei Gebaeuden, Wasserleitungen u. Springbrunnen durch* M. *Aus d. franz. übers. von* I. S. HALLE. *m. Kupf. Berlin.* 8.

LA CHAMBRE (*de*) *von den Kennzeichen der Leidenschaften der Menschen u. der Thiere. a. d. franz.* 2. *Theile. Münster.* 8.

LANCISIVS, *von den verschiedenen plötzlichen Todesarten, ihren Ursachen, Kennzeichen u. Rettungsmitteln. Aufs neue bearbeitet v. Dr.* I. C. FAHNER. *Leipzig.* 8.

LANGII (MART.) Recensio remediorum transyluanicis domesticorum. Offenbaci. 8.

LANGERS (I. H. S.) *Beitrag zu einer mineralogischen Geschichte der Hochstifte Paderborn u. Hildesheim. Leipzig.* 8.

LASIVS, *Beobacht. über die Harzgebirge, nebst einer petrographischen Karte und einem Profilrisse. Hannover.* 8.

KEER (IOH. DAN.) Flora herbornensis. sec. syst. sexuale Linn. cum descript. rarior. graminum propriisque obseruationibus et nomenclatore. cum icon. Colon. Allobrog. 8.

LE FEBURE (*des Baron*) *sichere, leichte u. auf Erfahrung gegründete Art sich selbst, ohne Hülfe eines Arztes, von den verschiedenen Arten der Gonorrhoe, oder Tripper zu heilen für das männl. u. weibl. Geschlecht,*

nebst

nebst den venerisch. Recepten, u. dem neuerfundenen antivener. Mittel. Zweite viel vermehrte u. verbess. Aufl. aus dem franz. Mscpt übers. durch G. V. E - R. *Iena.* 8.

LEMPENS, *Magazin der Bergbaukunde, 6ter u. 7ter Theil. m. Kupf. Dresden.* 8.

LENTINS (LEBR. FR. BENI.) *Beitraege zur ausübenden Arzneiwissenschaft. m. Kupf. Leipz.* 8.

L'HERITIER (C. E.) Cornus sistens descriptiones et icones specierum minus cognitarum Parisiis. Argentorati. fol.

— Sertum Anglicum, seu plantae rariores, quae in hortis iuxta Londinum inpr. in horto regio Kewensi excoluntnr, ibidem. fol.

— Stirpes nouae aut minus cognitae, descriptionibus et iconibus illustratae. VI. Fasc. ibid. fol.

LINNAEI (CAR. a) Amoenitates academicae. Editio nouissima emendata curante Dr. I. C. D. SCHREBER. Vol. VIum et VIIum; cum fig. Erlang. 8.

— Termini botanici, editio noua. ibid. 8.

— Entomologia faunae suecicae, descriptionibus aucta, SCOPOLI, GEOFFROI, DE GEER, FABRICII, SCHRANK et cet. curante et augente DE VILLERS. IV. Tomi. cum multis figur. Lugduni. 8.

— Genera plantarum, eorumque characteres, natur. sec. numerum, figuram, situm et proportionem omnium fructificat. partium. Edit. octaua post Reichardianam secunda, curante Dr. IOA. CHR. DAN. SCHREBERO. Vol. Ium. Francofurti ad Moen. 8.

— Systema naturae per regna tria naturae, sec. classes, ordines, genera, species, characteribus, different. synon. locis. Editio aucta, reformata. Cura IOA. FR. GMELIN. Tom. I. et IIdi Pars IIda et IIItia. Lips. 8.

LOO (I.) *über Gottes Majestät im Schnee. Lingen.* 8.

LOSCHGE (*Dr.* F. H.) *Abbildung u. Beschreibung der Knochen u. Knochenbänder des menschl Körpers, 1stes Heft mit schwarz. u. mit gemahlten Kupfer. Erlangen. fol.*

LVDWIGII (D. CHR. FRID.) Delectus opusculorum ad scientiam naturalem spectantium, Vol. Ium. cum fig. Lipsiae. 8.

— Exercitationes academicae fasciculus I. Lips. 8.

MACQUERS (*Dr.* P. IOS.) *chymisches Woerterbuch, oder allgemeine Begriffe der Chymie nach alphab. Ordnung. Aus d. franz. nach der zweiten Ausgabe übers. u. mit Anmerkungen u. Zusaetzen vermehrt v. Dr.* IO. GOTTFR. LEONHARDI. *3. u. 4ter Theil. Zweite verbesserte u. vermehrte Ausgabe. Leipz. 8.*

MAGAZIN *für allgemeine Natur- u. Thiergeschichte, herausg. v.* C. F. A. MÜLLER, *1sten Bandes 2 u. 3tes Stück. m. Kupf. Goettingen. 8.*

— *für das Neueste aus der Physik u. Naturgeschichte, herausg. v.* LICHTENBERG, *fortges. von* VOIGT, *5ten Bandes 4tes Stück, 6ten Bandes 1stes Stück. Gotha. 8.*

— *für die Botanik, herausg. v.* IOH. IAC. ROEMER *u. Dr.* P. USTERI, *5 u. 6tes Stück. Zürich. 8.*

— *für die Naturgeschichte des Menschen, herausg. v.* C. GROSSE, *1sten Bandes 3tes Stück. m. Kupf. 2ten Bandes 2tes St. Zittau u. Leipzig. 8.*

— *für die Naturkunde Helvetiens, herausg. v.* A. HOEPFNER. *4ter Band. Zürich. 8.*

— *(leipziger), zur Naturkunde u. Oekonomie. Iahrg. 1788. 2 bis 4tes Stück. Leipzig. 8.*

— *magnetisches, für Niederdeutschland, 8tes u. letztes Stück. Bremen. 8.*

— *fürs Volk, medicinischen, oekonomischen u. historischen Inhalts, 1. u. 2ter Theil. Weimar. 8.*

MAHON'S *(des Lord) Grundsaetze der Elektrizität, a. d. Engl. übers. u. mit Anmerk. begleitet von* I. F. SEEGER. *mit Kupf. Leipzig. 8.*

MARTINETS, *neue Erfahrungen über die Eigenschaften des flüchtigen flüßigen Alkali. A. d. franz. mit Anmerk. v.* C. L. S. *Strasburg.* 8.

MARTINIS (F. H. W.) *allgemeine Geschichte der Natur in alphab. Ordnung fortges. von einer Gesellsch. Gelehrten, u. herausgeg. v. Dr.* I. G. KRÜNITZ, *8ter Bd. mit schwarz. u. illum. Kupf. Berlin.* 8.

MARTIVS (ERNST WILH.) *Etwas über die Weine u. ihre Verfälschung. Regensb.* 8.

MASCAGNI'S (PAVL) *Beschreibung der einsaugenden Gefäße des menschlichen Körpers. A. d. Lat. m. Kupf. u. einigen Anmerkungen herausg. v. D.* CHRIST. FRID. LVDWIG. *Leipz.* 4.

MAUS (F.) *Etwas über Ackerbau u. Landwirthschaft, die Befoerderung des laendl. Wohlstandes betreffend. Frankf. am Mayn.* 8.

MEDICINAL *Ordnung, graeflich-lippische. Lemgo.* 4.

MEDICUS (F. C.) *philosoph. Botanik mit krit. Bemerk. 1stes Heft, von den mannichfachen Saamenumhüllungen etc. mit Kupf. Mannheim u. Leipzig.* 8.

MEIDINGERI (CARL Frhrn. von) Icones piscium austriae indigenorum. Decas III. Vindobonae. fol.

MELLINS (C. I.) *praktische materia medica. Vierte vermehrt. u. verbeß. Auflage. Frankf. am Mayn.* 8.

METTERNICH (M.) *von dem Widerstand der Reibung; eine gekrönte Preisschrift, nebst einem Anhang von der Straffheit der Seile verm. Frankf. am Mayn.* 8.

METZGER (D. I. W.) Opusculorum academ. ad art. medic. spectant. in Academia Regiomontana editor. Fasc. Ius. Regiomonti. 8.

— *Bibliothek für Physiker, 1sten Bandes 4tes Stück. Ebendas.* 8.

— *Physiologie in Aphorismen. Ein Lehrbuch. Ebendas.* 8.

METZGERS (*D.* I. D.) *Annalen der Staatsarzneikunde. 1ten Bandes. 1stes Stück. Züllichau.* 8.

MILLERI

MILLERI (I.) Illuſtratio ſyſtem. ſexualis Linn. quam e textu angl. edit. minoris transl. nunc emendatam, variis propriis additament. praecipue terminor. botanicor. notioni inſeruient. atq. indic. neceſſariis locuplet. accurauit Dr. FRID. GVIL. WEISS. c. tab. aen. Francof. ad Moenum. 8.

MISCELLANEA phyſico-medica, quae promulgat Dr. I. H. PFINGSTEN. Halae. 8.

MITTEL *Ertrunkene wieder zu ſich ſelbſt zu bringen etc. Neuwied.* 8.

MITTERPACHERS (L.) *phyſikaliſche Erdbeſcheibung. Wien. gr.* 8.

MOENCHS (Dr. CONR.) Materia medica. Marburg. 8.

MONETA (DR. CHR. IAC.) *von der einzigen zuverläſſigen Heil-Methode wider den Biß toller Wölfe, Hunde, Katzen, auch aller ſtarkgereizten Thiere; wie auch der Ottern, Vipern u. Schlangen, nebſt einigen nützl. mediciniſch-praktiſchen Erfahrungen. Warſchau u. Leipzig.* 8.

MONRO'S, (ALEX.) *Abhandlungen von anatomiſchen Einſpritzungen u. Aufbewahrungen anatomiſcher Präparate: a. d. Engl. m.* 1 *Kupfr. Frankf. am Mayn.* 8.

MÜLLERS (D. IOH. VAB.) *Geſundheitslehre für Leſer aus allen Ständen. Mainz. gr.* 8.

— *mediciniſches prakt. Handbuch der Frauenzimmerkrankheiten, zum Gebrauch der Aerzte u. des ſchönen Geſchlechts, 2ter Band. Frankf. am Mayn.* 8.

MÜNCHS (IOH. HEINR.) *Beobachtungen bei angewandter Belladonna bei den Menſchen. Stendal.* 8.

MVNDS (S. F. G.) *landwirthſchaftliches Magazin des* 1*ſten Iahrg. 3tes u. 4tes Quartal. m.* 1 *illum. Kupf. Leipzig. gr.* 8.

MUSEUM *Leſkeanum. Vol. II, welcher das Mineralreich in deutſcher Sprache enthält: geordnet u. herausg. v.* KARSTEN, *mit illum. Kupf. Leipzig. gr.* 8.

DESSEL-

DESSELBEN *auserlesenes Mineralkabinet systemat. geordnet beschrieben u. mit wissenschaftl. Anmerk. begleitet v. Dr.* L. G. KARSTEN, *2ter Band. 2te u. lezte Abtheil. m. Kupf. Leipzig.* 8.

NAHUYS (A. P.) Dissertatio chemica de aquae origine ex basibus aeris puri et inflammabilis. Traiecti ad Rhen. et Lips. 8.

NATURFORSCHER 24*tes Stück mit illum. Kupfr. Halle. gr.* 8.

NATURGESCHICHTE (*kurze*) *des Thierreichs mit moralischen Anwendungen: ein Bilder-und Lesebuch für junge Leute, 1ster Theil, die vierfüssigen Thiere. mit Abbild. in illum. Kupfr. Nürnberg.* 8.

NATURKALENDER *zur Unterhaltung der heranwachsenden Iugend von der Verfasserin der Iulchen Grünthal. Berlin* 8.

NAU'S (BERNH. SEBAST.) *Anleitung zur deutschen Landwirthschaft. Mainz. gr.* 8.

NAUWERKS *Belehrung über Wetterling's Gedanken meteorologischer Bemerkungen. Leipzig.* 8.

NEALE'S, *praktische Abhandlung über die Nervenkrankheiten, a. d. Engl. Berl.* 8.

NICOLAI (E. A.) *Rezepte u. Kurarten mit theoretisch-praktischen Anmerk. 2ter Band. Iena.* 8.

NISBET'S (WILLIAM) *theoretische u. praktische Abhandlung über die Lustseuche. a. d. Engl. übers. u. mit Anmerk. begleitet v. D.* CHR. FR. MICHAELIS. *Leipzig.* 8.

NOMENCLATOR fungor. Pars 1ma Agarici. accedunt tab. aen. inc. et ab auctore delin. *Verzeichniß der Schwaemme, 1ster Theil Blaetterschwaemme, m. nach der Natur vom Verf. gezeichn. Kupf. Berlin.* 8.

NONNE (L. F.) *über die Mittel die Abschaffung der Schafhut u. Trift zu erleichtern. Koburg.* 8.

NOSE (*D.* C. W.) *orographische Briefe über das Siebengebürge, u. die benachbarten zum Theil vulkanischen Gegen-*

Gegenden beider Ufer des Niederrheins, 1ster Theil mit Kupf. Frankf. am Mayn. 4.

OEHLMANNS *Versuch eines chirurgischen Handbuchs für neue angehende Hufschmide u. Pferdeärzte. Leipzig.* 8.

OETTEL'S (C. CHR.) *Etwas über die Harzgeschichte, oder Pechnutzungen fichtner Waldungen, nebst Köhlerei nach thüringischer Waldart. Als ein Anhang zu seinem praktischen Beweiß, daß die Mathesis bei dem Forstwesen unentbehrliche Dienste thue. Eisenach.* 8.

OPVSCVLA astronomica ex ephemerid. mediolanensibus selecta. Mediolani et Lipſ. 8.

OSIANDERS (FR. BENI.) *Abhandlung von dem Nutzen u. der Bequemlichkeit eines steinischen Geburtsstuhls, m. 2. Kupf. Tübingen.* 4.

PALLAS (P. S.) Flora rossica, seu stirpium imperii rossici per Europam et Asiam indigenarum, descriptiones, Tomi Imi Pars 1ma. Francof. ad Moen. 8.

PASQUICHS (IOH.) *Versuch eines Beitrags zur allgemeinen Theorie von der Bewegung u. vortheilhaftesten Einrichtung der Maschinen. Leipzig.* 8.

PELLIER (DE QUENGSY) *Sammlungen von Aufsätzen u. Betrachtungen über die Fehler der Augen sowohl, als die sie umgebenden Theile u. die Mittel sie zuheben, u. einem von ihm neuerfundenen Instrumente den Staar damit herauszuziehen. a. d. Franz. mit Anmerk. Leipzig* 8.

PERFECTS (W.) *besondere Fälle des Wahnsinns. a. d. Engl. Leipzig.* 8.

PFINGSTENS (*Dr.* IOH. HERM.) *Analecten zur Naturkunde u. Oeconomie für Naturforscher, Aerzte u. Oeconomen 1stes Bändch. Zittau u. Leipzig* 8.

— *Farbematerialien. Eine vollständ. Sammlung brauchbarer Abhandl. u. Erfahrungen für Künstler u. Fabrikanten, die mit Farben zu thun haben. Berlin* 8.

PFINGSTENS *Iournal für Forſt - Bergwerks - Salzwerks - Schmelzhütten - Fabrik - u. Handluugs - Sachen 2ter Iahrg. 2tes Stück Hannover* 8.

— *Magazin für die Mineralogie u. mineralogiſche Technologie* 1*ter Theil Halle* 4.

PHARMACOPOEIA Colleg. reg. medicor. Londin. Edit. denuo recognita et retractata Londini. Mannhem. et Lipſ. 8.

PICHLERS (IOH. FR. CHR.) *Geſchichte einer am Gallenfieber Kranken, nebſt Vertheid. der dabei angewandten Kurart,* 2 *Stücke. Straßburg u. Leipzig.* 8.

PICHLERI (IOH. FRID. CHR.) Methodus formulas medicas conſcribendi, in vſum praelect. acad. Edit. ſecunda emendata. Argentorati 8.

PLANERVS (I. I.) indici plantarum Erfurtenſ. fungos et plantas quasdam nuper collectas addit. Gothae. 8.

PLANETENSYSTEM (*das*) *der Sonne, nach den neueſten aſtron. Beob. gemeinfaßlich erklärt und durch Kupfrt. erläutert. Pappenheim und Weiſſenburg in Franken* 4.

PLATTNERS (*Dr.* ERNST.) *neue Anthropologie für Aerzte u. Weltweiſe* 1*ſter Theil. Leipzig.* 8.

PLENK (I. I.) Icones plantarum medicin. cum enumerat. latina germanicaque virium vſus medici chir. atque diaet. Vol. IIdi. Faſc. Ius et IIdus cont. Tab. CI – CL. pictas. Viennae Fol.

PLINII (Sec.) Naturalis hiſtoriae cum interp. et not. integr. I. HARDUINI, PINTIANI, RHENANI, GELENII, DALECHAMPII et cet. et varior. Vol. IX. recenſuit, varietat. lect. adiecit. IO. GE. FR. FRANZIUS. Lipſiae 8.

PLOUCQUET (*Dr.* W. G.) *über einige Gegenſtände in der Schweitz. Tübingen.* 8.

POHL (D. I. E.) de analogia inter morbillos et tuſſim conuulſiuam. Lipſiae. 8.

PYLS (I. T.) *Aufſätze u. Beobachtungen aus der gerichtl. Arzneiwiſſenſchaft,* 6*te Sammlung. Berlin.* 8.

Contenta

Contenta in hac parte.